

Georg Schede

**Josephus M. Georgii Schedii, hoc est, Controversia, quam per oeconomum Fratribus suis, ob scyphum, risco Benjaminis immissum, & à profecturis, dolinesciis, abductum, intendit, In Prosâ conscripta, optimis Autorum sententiis vestita ... In Auditorio Illustris Schalae Gustroviensis XIIIX. Apr. Anno CI IC XLI. secundum repraesentata ...**

Rostochii: Richelius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn728904500>

Druck Freier  Zugang





H. M. Lassies

Dop. v MK - 3776

ist ja der vorne bei diesen  
zu sehen

mein zweites Exemplar ist  
in Mecklenb. unter

MK - 3776

eingetragen, was im  
Catalogo zu Cossacken

Cq - 3701 1-3

C. H. f. - 3701 1-3.

**JOSEPHUS**  
**M. GEORGII SCHEDII.**

*hoc est,*

**Controversia , qvam per  
œconomum Fratribus suis, ob  
scyphum, risco BENJAMINIS immis-  
sum, & à profecturis, doli nesciis,  
abductum, intendit,**

**In Prosa conscripta, optimis  
autorum sententiis vestita, & per certas  
personas, in qua tota causa  
sparsa est,**

**Præsentibus autoritate & eruditione  
Viris gravissimis,**

**In Auditorio Illustris SCHOLÆ**

**GUSTROVIENSIS XIIIX. Apr.**

**Anno C I O I O C X L I .**

**secundum repræsentata,**

**In honorem Dei & in usum  
scholarum  
publicè exscripta.**

---

**ROSTOCHI**

**Typis & impensis Johan:Richelii  
Senat: Typog. Anno 1645.**

Redemptori Generi Mortalium

Occameno,

Dn. nostro JESU CHRISTO,

DEI & MARIE Filio O. M.

JOSEPHO nostro Cœlesti;

Proxenetæ & Interpellatori apud

DEUM PATREM perpetuo;

Qui teste Scriptura audit,

& est

REX REGUM: VIA: VITA: SALUS:  
JESSEJA RADIX. JUDEX: IMMANUEL: &  
VIVIDA PATRIS IMAGO: SPLENDOR: O-  
VIS: PASTOR: LEO: STELLA: COLUM-  
NA: SACERDOS: TUTOR & UMBRA: PO-  
TENS DEBELLATORQ; TYRANNUM. VI-  
NEA: FONS: AGNUS: RUPES: SAPIEN-  
TIA: VERBUM. STELLA ORTA IN JACOB:  
SILOH: MAGNUSQ; PROPHETA. SALVA-  
TOR JUSTUS: DUX PACIS: SEMEN ABRA-  
HÆ. VENTURIQ; PATER SECLI: SERVUS  
QVOQ; JUSTUS. PHŒBUS JUSTITIAE: ΛΟ-  
ΓΟΣ: ANTIQVUSQ; DIERUM. VIVA &  
IMAGO DEI: VERUM de LUMINE LU-  
MEN. GENTIBUS EXPECTATUS: IN ISRA-

EL

EL DOMINATOR. VIRQ; ORIENS ZE-  
MAH: PARVUS QVOQ; FILIUS: IPSUM DA-  
VIDIS SEMEN; DOMINUS QVOQ; DAVI-  
DIS IDEM. ET PRIMOGENITUS PRÆ RE-  
GIBUS OMNIBUS UNUS. FILIUS atque  
DEI, atq; HOMINIS: FORTIS DEUS; AU-  
TOR CONSILIIS HABITUS NON FUTILIS:  
INQ; TENEBRIS LUX LUCENS: & IN EX-  
CELSIS Deus IPSE JEHOVAH. DESTRU-  
CTOR SATANÆ: DIRIQ; EVERSOR

AVERNI.

*Cujus deliciae sunt ex ore fibi Infantium  
& lactantium*

*perficere laudem:*

Illi sacro sancto Numini & Majestati

Hanc ACTIONEM sacram,

Ceu levidense peregrinationis suæ

Interasurium,

devotissimus

Nativitate Servus: Redemptione

Libertus: Adoptione

Frater,

Humilimè offert,

dicat

& repräsentat

A 2

Quod

**Q**ued si omnia, Mitissime & Fa-  
ventissime IESU, omniū arbo:ū  
folia, flante Favonio procrusa, moxq; in  
linguas non vulgar:is, sed diuendi facul-  
tate prædit:as conversa annite:etur unici  
beneficii Creationū: ibi libere gr:atias;  
ne millesimā quidem laudū pro hoc unicō  
tibi competentiū parrem saltum cogitādo  
nedum referendo assequi valerent. At  
quanto Creatione opus Redemptionū &  
iobœdīas major? Quorum a. quicq; est qui  
gratā illud mente agnoscat? Pagani pe-  
dibus protervè proculcant; pars Christi-  
anorum major impiè repudiant. Teq; in  
tuū membrū prosequuntur. Sed mitte  
hæc, tanquam hamana rationi sine ver-  
bo prædicato, aut revelatione peculiariter  
abstrusa; & unicē me converto addo-  
na animi, quibus non minus moderni  
arq; pristini seculi homines sufficere di-  
gnatus es. Cedant Grati Italīs & Ger-  
manis. Adeo ab eo tempore, quo Mahu-  
mericolis coepit servire Gracia, hoc se se  
jugo intolerabili extricans Hellenismū,  
Helle,

Hellestante transmisso, ad remiores  
Europae incolas migravit, nisq; se propri-  
um dicavit. Crepare Itali desinant su-  
um in Linguam Latinam ius ac dominium.  
Transvolavit illa Alpes nivibus per-  
petuis rigentes; primavorum sui Cul-  
torum posterū nibil nisi tyrannidem Bu-  
ffridis Romulei relinquens, cum umbrâ  
loquela non Latina sed Ætrusca. Rece-  
dānū Doctores Scholastici querū Scho-  
le moris inboruerunt Barbarissimis, Li-  
bri referti argutis. Latine bi loque-  
bantur, sed corrupte; Graeca lingua ita  
erant ignari, ut ad vecis Graciam inui-  
sum, non fecerat atq; ad manstrum alio  
quod aut portentum obstupescerent. Sa-  
nè nisi cum salvificâ luce Evangelii, tuo  
unico beneficio exortâ, tres linguae prin-  
cipales, artiumq; liberalium. & Philo-  
sophia sobria fulgor ex tenebris istū plus-  
quam Cimmeriis effulgesse; quantā in  
tenebris hisce palpatio futura fuisset,  
quantā ignorantiae mentes omnium ru-  
biginē adhuc essent obducta! Sed grates  
tibi ex intimo corde, Benignissime Je-

su, deductus agimus. quod per saltare  
uum organum Theandru Lutherum  
ri cui verbi. pedum nostrorum luceris,  
nebras densissimas irradiare; Biblia  
sacra araneis obfita expulverare, senti-  
bus humanarum opinionum spinosissimis  
obstructa complanare; Trigamq; illam  
Linguarum, quibus, cœl fasciis quibus-  
dam tenerū involutus, à suā difficultate  
liberatam, & obscuritate expeditam per  
manus Virorum insignitè doctorum tra-  
dere voluerū. Pro his, inquam, & aliis  
magnificis donū tibi gratias. quantas in  
hac fragilitate possumus, agimus & ba-  
bemus, regantes porrè, ut, quæ hæte-  
rus clementissime fecisti, Ecclesiam, que  
te fide simplici, & purâ mente colit, uq;  
ad mundi exodium conserves, ut sit &  
vigeat cœlū, qui tūm in hac tūm in al-  
terā ritā cantilenū te differat dulcissi-  
mū. Declarasti etiam hæc nūs, quo er-  
gā Doctores, auditores & discipulos hu-  
ju Sareptæ, ex quā cœl salutari semina-  
rio, ex beneficentiâ Serenissimorum  
Megapolitanæ Principum benignè

su-

sufficiatā. Viri omnibus tribus Hierar-  
chiis utes & proficii prodierunt, pro-  
deunt, & prodibunt, sis animo. Mars  
truculentus tantā nunquā crudelitate  
strinxitensem, non bastam seva Bellona  
ita quassavit, ut hic corus alia querere  
sedes fuerit coactus; quin optimū potius  
ingeniis domi ilium praeuerit, quibus  
manendi locum alibi bellum, & hinc ex-  
trema esurie sequuta. ampli us nōt con-  
cessit. Et quis tuum non esse agnoscit be-  
neficiū, quod lingue salutares cum ar-  
bitrio adhuc inter nos in aliquo sint flere.  
quibus eloquentia in Choro & Foro per-  
quam utilū & necessaria comparatur?

Cui dūm hactenū sedulō à nobis o-  
pera data fuit propaganda, aliquot A-  
ctibus ex Verbo, abste nobis manifesta-  
to, & ē sīnu tui Patris prolato, desum-  
ptū, personæ cui libet, verbū, quibus con-  
silia propos. & res graves transacta fint,  
vel trahiḡ potuerint, assignatis, decla-  
rare, risum fuit. Tibi quoq; cordium  
scrutator exquisissime, optimē constat,  
non ostentationis, non gloriola captan-

da ergo à me factum ego. Primarium  
scopum esto tuus honor; secundarium ju-  
ventutis, ut hinc lingua exerceitiis  
formare. & paribetia in loquendo se-  
mel induere, conducturā olim orationes  
in publico habituris, discoret. Et ha-  
cēdūt bunc laborem in tuo nomine su-  
ceptum non sensi frustraneum.

Primum itaq; Tibi mitissime & di-  
lectissime Philanthrópe J E S U, quem  
non sine Numinе tuo scripsi, offero. Jo-  
sephum puto, Patris sui deliciae, Fra-  
trum odium, castitatis & pietatis pre-  
cimum, sua familia altorem benignissi-  
mum. Hic ut in totā vitā tuus fuit ty-  
pus: Ita ejus in Patrem & Fratres, licet  
indignos, summa emicuit munificentia,  
non secu atq; tuum cor erga tuos quon-  
dam auditores, esurie extremā pressos,  
exarsit misericordia. Suscipe, cujus es  
humanitatis & clementiae, talenti, à te  
mibi misericorditer concessi, portiuncu-  
lam, tibiq; placeant cordis mei medita-  
mina. Adhuc mihi porro tui Spiritus S.  
gratiā, ut in hac statione Scholasticā  
pos-

positum, quod mortis sum vicinior, eò ma-  
jore devotione, ad's Bavariā & beatā  
emigrationem semper magis & magis  
sum paratus; omnes etiam meas actiones  
ad studiose juventutū commodū habeā  
directas. Da maxumissimul minimū,  
medioxumis corda docilia. & obediens-  
tis; dura & in, bedientia flecte & mitiga.  
Tu solus calles rectum instituendi modū,  
tu das vires & incrementum Doctoribus  
pariter & institutioni subjectū. qui quō-  
dam non erubuisse asidere Doctoribus,  
Doctor, facundiā melleā præditus. Tibi  
sit tota mea vita, egressus & ingressus  
commendatus; tandemq; quod prope-  
diem futurum spero, beatā & placida  
analysi, me evoca ex hoc misero rerum  
omnium turbine ad gaudia illa cœlestia,  
ubi abs me cum toto beatorum choro  
debitus & competens Tibi hymnus ater-  
num durans decantabitur.

M. Georgius Schedius;  
Glauchaviā Miln. Schol.  
Illustr. Gustr. Rect.

AS

Ad

Ad Lectorem benevolum.

Quanquam, *Lector benevole*, quo  
hujus Actus Spectatores & Au-  
ditores alloquitur sum, Programma  
invitatorum sufficere poterat ad me-  
um animum, qvo nempè hic Actus &  
qvo fine à me scriptus sit sufficienter  
declarandum: tamen qvia illud pau-  
cos, hoc verò Prospónéma plures  
concernit; Pauca mihi liceat coram  
te verba facere. Tu, qvā es æqvitate,  
exiguum tecum loquenti concede  
spacium. Solitos fuisse, ex edicto A-  
másis Regis, Ægyptios omnes sua no-  
mina ad Nomarchas seu Regionum  
præsides scripta, & simul, qvo exerci-  
tio viverent, deferre. ; Et si hāc in re  
quis mentiri aut injusto qvæstu, aliis-  
ve artibus prohibitis vivere deprehen-  
deretur, in capitibz periculum incidisse  
referunt Historici. Simile huic qvid-  
dam in more habuisse Romani legun-  
tur. Hi enim ex longâ consuetudine  
cogni-

cognitum habentes, vires & mentis  
& corporis sine laboris exercitatione  
torpescere; contrà aetuosí hominis  
otium multò esse hominis ignavi &  
inertis occupatione efficacius; lege  
sanctissimā cavebant, ne qvis Roma-  
nā libertate gaudens filium, si decimū  
ætatis complevisset annum, per pla-  
teas ociantem & vagabundum discur-  
rere pateretur. Optima, me Christe,  
consuetudo Gentilium, lege Christi  
nondum imbutorum. Lactabantur  
a matribus liberi ad annum secun-  
dum; ad quartum delicatiūs & indul-  
gentiūs habebantur; ad sextum le-  
gendi, ad octavum scribendi; ad deci-  
mum Grammatices initii imbuieban-  
tur. Nec qvis miretur in illā gente,  
cui Lingua Latina tūm temporis erat  
adhuc pura & illibata, opus habuisse  
informatione pueros. Loqvebantur  
omnes Latinè, sed minùs pure, sed  
minùs tersè. Qvodq; vidēmus usū  
venire nobis, ut alius alio nitidiūs no-  
stram linguam maternam pronunci-  
et;

et, doctiores etiam, alios ex vulgo,  
loquendo multis modis præcellantur.  
idem Romanis contigisse verosimile  
est. Vivebant filii intra Vernas; erant  
in Civitate asscripti Sabini, Volsci, Æ-  
qui, Hetrusci, & alii. Hi eti omnes  
Latinè loquabantur, alius tamen alio  
corruptior. Quò itaq; à vitiosa lo-  
quendi consuetudine abducerentur,  
erudiendi tradebantur Pædagogis,  
qvos domi pretio in hoc ipsū coëm-  
ptos alebant doctissimos. Nonnulli  
à parentibus ipsis purè & incorruptè  
loquentibus informabantur, qvod  
Cæsari à matre Aurelia, qvæ purè &  
elegantè Romanè loquebatur, conti-  
gisse legimus. Postea in Scholas pu-  
blicas mittebantur à Philosophis, Me-  
dicis & Juris-peritis erudiendi. Qvan-  
to illud seculum nostrā ætate felicius!  
Singuli mecum fatebuntur, non sine  
summo labore & sudore indefesso à  
nobis Grammaticam disci, & majore  
qvidem, qvā ab illis qvondam disci-  
plinas & facultates. Causæ sunt datæ.  
Qvan-

Quanquam contrà hoc in aliquâ felicitatis humanæ parte ponendum censeno, quod puer jam apud nos duodecim vel quatuordecim annorum ad puritatem loquendi priscis illis Romanis usitatam & vernacula pro prius accedere videatur, quam ante tempora Philippi & Erasmi, triginta natus annos. Acceptum illud beneficium soli habemus beneficentia divinæ, quæ cum luce Evangelii linguarum artiumq;nidore nos illuminavit. Et nobis, qui sumus de Scholâ singulis quidem pro talento dextrâ DEI munificâ sibi commisso facere incumbit, ut Juventus rectè tūm in pietate, tūm artibus & linguis instruatur. Arbor post stationem manu topiarii ridicis sive pedamentis statuminata rectâ as surgit; curvam nunquam possis rectam facere: & ingenia Naturâ sæpe prava per institutionem corriguntur; bona contrâ hâc neglectâ deteriora evadunt. Loquuntur hoc exempla, quæ in omnium oculis. Hoc ut facilius

Ilus conseqvamur, & à Juventute,  
qvod ipsi exoptamus, sperant Paren-  
tes, expectat Respublica, Ecclesia de-  
siderat, obtineam⁹, *Πτισά Μον μέσης*  
conferre videntur Dialogi, Fabulæ,  
Comœdiæ, Tragoediæ, Progymna-  
smata, qvæ apud alios ut sunt usitata,  
ita & à nobis frequentata, nunquam è  
manibus deponuntur. Hinc & ego  
perspicieſ statim à meā in hanc Scho-  
lam introductione maximo Juveni-  
bus emolumento fuisse exercitia de-  
clamationum oratione solutâ & ligatâ;  
Cœpi meditari de Actibus umbra-  
ticis ad normam præceptorum Rhei-  
torices directis. Exhibebat se mihi  
hac in re manuductorem non diffici-  
lem, Jubar olim Academiæ Argenti-  
nensis, & Phosphorus Witebergæ,  
Patriæ suæ, splēdidus Melchior Junius.  
Ad hujus majestatem qvamvis non  
accedam, tamen dedecus esse existi-  
mavi, obesse juventuti, cum utcunq;  
possem prodesse. Bonis hunc labore  
non displiciturum planè mihi persua-  
deo.

deo. Reliqvorum, qvi sua solummodo mirantur, susq; deq; habeo judicia. Placere uni docto eique bono, qvam multis malis, omnia & tamen nihil scientibus, displicere, satius esse à Viris cordatis semper fuit judicatum. Itaq; qvod felix & faustū sit, reiqt; literariae & scholasticę commodo, satis qvorundā postulatis facturus tibi Benevolē Lector, primum hunc actum bis, primā qvidē vice Calendis Aprilis Anni 1636. secundā sexto Non. Apr. 1641. in Schola hac Illustri in præsentia Virorum Clarissimorum exhibitum communico, qvem si placuisse inaudiero, etiam Absalon fugitivus mox producetur; Postq; hunc alii, de qvibus mihi, si usq; eo vitam mihi cœlestis favor Numinis prorogârit, peculiatariter eris admonendus. Tu vale & fave.

Dabam, ut suprà.

Vix

Vix exorari potuit. vulgaret ut istuc

SCHEDIUS argutis enucleat at typū.

Sunt penes authore SOLENNIS pluri-

ma, dudum (styllo.

audiit illa gravina nostra CATHEDRA

Quæ si, quod citius melius, committere  
pralo

Pergeret ingenii dexteritate sui.

Non dubito, juvenem quin docta copia  
lingua

Per Ciceronēm Rhetora reddat opes.

Et magis, atq; magis SCHOLA floreat e-  
gmine sancto,

Gloriaq; excelsi crescat ad aucta Dei!

Ita de doctissimis laboribus

ac lucubrationibus Clা-

riss. VIRI, M. GEORGII

SCHEDII, Rectoris, Col-

legæ & Compatrii sui


honorand: sentit

Stephanus Hane,

Past. Reinhag. & Sch.

Gustrey, Corrector.

Lo-



## Lectori Benevolo S.

Inter dona omnium nobilissima,  
qvibus fons vitæ æviternus, omnis-  
que boni dator ac origo Deus con-  
ditum abs se genus humanum dona-  
vit & ornavit, meritò deputamus lo-  
quendi vim & facultatē. Demas enim  
ab homine linguam, qvo alio organo  
difficultates, qvibus difficitur, levabit,  
inscitiamve, qvæ animum undiq; sti-  
pat, tollet? Tillas porrò ab homine  
muto animam, parùm ille, aut omni-  
nō nihil à brutis differet. Ratio  
ergò, indeq; profluens oratio hominē  
facit, nemoq; negabit, Dei insigne do-  
num esse, non esse à *Provor* & clingvē,  
ceterorum ad instar animantium; do-  
num verò multo insignius, articulatè  
loqui, suiq; animi meditata proferre,  
qvod hominum rationis capacium  
est; sed infinites insignius, benè lo-  
qui posse, qvod ii faciunt, qvi faculta-  
tem hanc certis præceptis, multoque  
*labore*

labore ac sudore sibi acquisiverunt...  
Sermo qvippè articulatus, disertus, &  
ab omni virio purgatus divinum qva-  
si qvoddam lumen, est, cuius radiis o-  
mnis nostra vita sapienter regitur,  
excolitur, promovetur. Loqui com-  
muniter nobis datum: solus ornatus  
est, qvi discernit indoctos. Ideoque  
non immerito præcipuis vitæ huma-  
næ ornamentis accensetur linguae in-  
dicendo dulcedo & suavitas. Et sane  
medium hoc tam nobile, tūm infini-  
tis aliis mortalium difficultatibus sa-  
nandis, tūm inscitiz & cruditatí harun-  
dem tollendæ concessit æternum il-  
lud & propitium Numen. Sive enim  
inter vitiorum tesqua animus vag-  
bundus errat, linguae plectrum est,  
quod eundem ad virtutis radios redu-  
cit fulgidos; sive ignorantiae nebulis  
displosis Sole scientiarū fulgidissimo  
est illustrandus, adest idem palati fla-  
gellum, qvod doctoris & directoris  
vices implet. Et hoc qvidem lingua  
præstat, nobilissimo suo quasi fœtu,

ora

oratione. Hæc si ex verbis, sententiis  
politis, & rebus scitè dispositis con-  
stat, animi honesti & eruditii indicium  
est minimè fallax, & character animi  
indubius. Est insuper res non minus  
aspectu mira, qvām notatu, qvām  
consideratu digna. omnia in hominis  
systemate consenserunt, excepto inte-  
rius corde, vitæ, cogitationum & affe-  
ctuum fonte; & exterius linguâ, co-  
gitatorum prolatrice & interprete.  
Ceteris qvippè corruptis vitalitas in  
corde durat ad varia meditanda vege-  
to, & linguæ ad proferenda exterius  
cordis meditamenta habilitas. Hujus  
solius beneficio, cùm toti orbi DEO  
libitum esset sese manifestare, qvæ-  
cunq; ipse vel mortales docuit, vel do-  
cere eosdem aliis præcepit; literarum  
monumentis consignari fecit, ne  
videlicet ulla ætas conqueri posset vel  
de Plastæ erga suum plasma infidelita-  
te, vel de ejusdem non satis dilucidè  
manifestatâ voluntate. Cum etiam  
post innumerarū gentiū deversitatē

γλωτ-

γλωσσογχύσι totus mundus in-  
terra Sennar plecteretur, neq; unius  
illius lingua, Eberinæ puta, sive He-  
brææ, qvæ usq; ad confusione m istam  
ubiq; gentium viguerat, amplius esset  
usus: & hic, ne forte quid deesset, suā  
D̄eūs sapientia præcavit. Linguarum  
itaq; diversissimarum passim com-  
mercia ordinavit, ut qvælibet gens  
vernaculo sibi idiomate legeret, qvæ  
sibi essent profutura. Sub linguis,  
ceu involucris qvibusdam, continen-  
tur disciplinæ & facultates, qvarū fon-  
te qui ora probè proluerunt, præ aliis  
merito indoctioribus laude mactan-  
tur exactissimā. Qvamvis in confes-  
sum veniat, divinis illas scientiis gra-  
men porrigere, & intervallis infinitis  
velut famulas dominæ augustissimæ  
subesse Harum percipiendarū succes-  
sum cùm lingua & sermonis usus atq;  
cultus præstet; nemo nisi ἀπόδειξ  
τις diaconiæ laborans, negaverit, in a-  
liquo censu habendos, qui studium  
linguarum apud juventutem promo-  
vere

vere annituntur. Viderimus truculentum Gradivum, cum inauspicata so-  
tore sua Bellonâ sedulò hoc agere,  
qvî Minervæ, imò Deo ipsi dicata sa-  
cratia & dīdæsticâlēia, qvæ ex multis  
superfunt pauca, uno nisu & ausu de-  
struant, doctores in iis salutares ejici-  
ant, ejectos exilii multent, & tantum  
non vita privent: qvidni danda nobis  
sedulò opera, qvibus Deus beneficen-  
tissimus halcyonia hæc concessit, qvâ  
juventus in iis, qvibus proximè acce-  
dere datur ad homines, & ita à vulgo,  
imò à brutis dissidere, rectè informe-  
tur. Modum hujus rei Cynosura po-  
lite dicendi, rectè de rebus qvibusvis  
judicandi, & ad qvidvis homines pel-  
liciendi RHETORICA nobis mon-  
strat. Documento esse poterunt act⁹  
aliqvot è sacro codice, potissimum è  
vita DAVIDIS, Regis Judæorum pien-  
tissimi, petiti, & in hoc auditorio an-  
nis superioribus exhibiti. Jam verò  
Quād Regis actionem JOSEPHI Patri-  
archæ, tum qvidem Proregis Memphi-  
tici

tici, cum fratribus, post examen ver-  
num Anni 1636. primum exhibitam,  
nunc sub incudem revocatam, unāq;  
atq; alterā personā, multisq; optimis  
sententiis auctam in lucem produce-  
re libitum est. Habebitur autem ratio  
personarum, per qvas causam hanc  
**coram ipso Josepho**, litem, sed com-  
mentitiam suis fratribus intendente  
transactam fuisse vero simile est. Sanè  
si **Comœdiæ**, si **Tragœdiæ**, qvarum  
tamen argumentum fictum est, ob  
verba aptè posita, sententiarum pul-  
critudinem, & doctrinarum elegan-  
tiam, spectantium sibi favorem con-  
ciliant; hic act⁹ in majore haberi me-  
rebitur censu ob veritatis splendo-  
rem, verborum & sententiarum cu-  
mulum, & doctrinarum copiam.  
Hora illi destinata est I. pomerid.  
diei XIX JanuarI. Sicut autem elas-  
psø tempore aliquoties *Viri Magnifi-  
ci, Amplissimi, Consultissimi, Reveren-  
di, Prudentissimi, & literaturā poli-  
tiore Cultissimi, Macenates & Fanto-*  
res

*res suspiciendi, vestrum in exercitia  
scolastica affectum demonstratis, ho-  
noratissimamq; vestra præsentiam, quid  
de exercitii hisce Oratoriis statuere-  
tis, testati estis: Ita hac vice pristinum  
erga nos favorem ut declaretis, ego &  
meo & peroratorum nomine offi-  
ciosè rogo, omnibus & singulis nullo  
non tempore inservire devinctissi-  
mus.*

**GUSTROVI die xviii. Januarii  
Anno cīc Icc XL.**

**M. Georg. Schedius**  
*Schol. Gustr. Rector.*

**Occo-**

Oeconomia,  
sive  
Dispensatio  
**ACTUS JOSEPHIANI.**  
Prologus.

**JOSEPHUS.**

**Oeconomus Actor.**

**Putiphar, Camerarius reg.**

**Sabacon, Consiliarius reg.**

**Benjamin, quasi-reüs.**

**Judas, defensor.**

*Muta personae Novem:*

**Ruben.**

**Simeon.**

**Levi.**

**Isaschar.**

**Scbulon.**

**Dan.**

**Naphthali**

**Gad.**

**Aser.**

*Epilogus.*

PROLOGUS.

Fidem frarum, eadem stirpe facio-  
bæ oriundorum, erga fratrem natus  
minimum, Benjaminem, JOSEPHUS,  
Ægypti PROREX exploraturus, ejusdem  
mantice clam ipsis immitti fecerat po-  
culum aureum; quibus postmodum bac-  
dere litem intendit & contestatur. Cau-  
sam hanc, Viri Magnifici, Amplissimi,  
Prudentissimi, Reverendi & Clarissi-  
mi, in medium progrexi sumus acturi.  
Occasionem prabuit libellus noster Rhei-  
thoricus, inq[ue] ex Ciceronis de Inven-  
tione, & Autoris ad Herennium libris  
adducta exempla, nude quidem propo-  
sita, sed digito tamen locos quasi mon-  
strantia, ex quibus Confirmationes atque  
Confutationes deponi possint. Ad ho-  
rundem imitationem delegimus historiæ  
illam, utimodò dixi, e sacro codice peti-  
tam. & in Genesi aliquot capitulo, à  
trigesimo septima, sufficienter & copiose  
descriptam. De qua ut patrica prefari in  
presentia vestra mibi apud Communi-  
tatem

nes meos licent, sic illi visum est, qui co-  
gnoscendam eam vobū exhibet.

JOSEPHUS, Jacobi Patriarche filii, Isaaci Nepos, & Abrabami Prone-  
pos, à fratribus suis, mangonibus Ismaē-  
liticis, & ab his in Ægyptum direndis  
tus, à Pharaone Mizraim seu Osiride  
ex ergastulo, cui innocentia à Putipha-  
re erat mancipatus, ob somnii regis ex-  
plicationem congruam liberatus, & ad  
summam dignitatem erectus; fratres  
suos, quos fame compellente in Ægyptū  
venientes agnoverat, & pro speculato-  
ribus comprehendi jusserat, ea demum  
lege & conditione (Simeone interim as-  
servato) dimisit, ut si honesta, quemad-  
modum prætendebant, familiā narre-  
sent, fruges in posterum empturi, in fra-  
tre natu minimo, BENJAMINE, secum  
adducendo comprobatum irent. Quod  
cum fame urgente, PATRI JACOBO, qui  
BENJAMINEM effictum amabat, & ab  
eo solo totus dependebat, rationibꝫ &  
precibꝫ multū agrē persuasissent; in  
Ægyptum reversi, & à Præside regni

JOS.

JOSEPHO comitē accepti, lauteq; trai-  
ctati frumentū imperant. Interim  
per dispensatorem, seu Oeconomum suū.  
JOSEPHUS BENJAMINIS rī scopulū suum  
clam immitti imperat; quod demūm,  
manticis reliquorū accuratē perquisitiā  
in BENJAMINIS reperit. Hinc ingenster-  
tor, & animorum consternatio. Conve-  
nerat enim ante ris. orum solutionē; ut  
is, penes quem si yphus aureu invenire-  
tur, perpetuo JOSEPHO esset a servitii.

Actione rota pertinet ad GENUS JUDI-  
CIALE. Actionem suam Oeconomus ad-  
versus herisui fratres persequitur, ra-  
tiones sumit à Conjecturū: quia videli-  
cet peregrini sint, mox abuturi, & ideo  
sine suspicione ablatum celaturi; Quia  
nemo amplius, prater illos, ibidem fue-  
rit: Quia amicē fuerint excepti, lau-  
teq; & magnificē tractati. Hinc oritur  
Intentio five accusatio: Vestrūm unue  
Domini mei surripuit Calicem. Depulsio  
seu Defensio est: Non surripiuimus. Hinc  
nascitur quaestio in STATU CONJECTU-  
RALI: an fratres JOSEPHI Calicem ab-

B. 2. Aule.

tulerint? Quaritam etiam ulterius; quomodo aliquis probare velit, illos sustulisse poculum? Loci, è quibus ducentur Conjectura, scyphum illos sustulisse, sunt VOLUNTAS & FACULTAS. Solet enim ex actu judicari de animo, secundum tritū illud in scolis JCTorum: Qualis est, talū prasumitur animus; Neg̃ minus affectus in maleficio quodam puniendus quam animus. Ut hinc Poēta recte: Actibus in cunctis dominatur sola Voluptas.

Hinc etiam de FACULTATE non est disceptatio. Magnus vobis exhibitus fuit bonos; undē prasumfisis, vobis etiam, quod positis, esse licitum. Nullo etiam res, manifesta per se, testimonio eget, cum in manica Junioris poculum sit inventum.

Causa alta est domi JOSEPHI, anno orbis conditi bis millesimo, ducentesimo, & trigesimo nono; Regni Mizraimi, quem alias Jovem Osiridem nuncupant, Aegyptifili, Agyptiorum Regis, tertio supra ducentesimum; Etatis JOSEPHI qua-  
dra-

dragifimo; ab ejusdem venditione vigefi-  
mo tercio; post inchoatam annonam cari-  
tatem tertio; Ætatis JACOBI Patris  
Octogesimo prima; ante natum Moysen  
Centesimo, trigesimo quarto; Ante ex-  
itum populi Israeliticæ ex Agypto, cen-  
tesimo & octogesimo quarto.

Personas primarias, prout à Moyse  
introducuntur, causa hujus attributis esse  
risum fuit. Si autem nostrum hoc su-  
ceptum cui puerilius, modò non à re  
plane alienum videbitur; ita yobii bunc  
exhibens accipendum, erit, quod in hac  
exercitii genere juventutis cùm studiis,  
cùm memoria juvanda & exacuenda  
consuluerit; non causas agere, quod ali-  
us fori est & sublimiorum scholarum,  
doceat. Addiscendo enim doctrinam in  
juventute augeri, & discendo memoriam  
confirmari, omnino rectum ac necessa-  
rium arbitratur; nec vos, Viris respectabi-  
lis, negatis.

Vos aquis adeste animi. Et siquid  
épræter deorum vel in pronunciatione,  
vel in corporis motu, aliis regestibus, ob-

iis, qui Praeceptoris operam suam in a-  
gendo libenter dederunt, commissum  
fuerit a nobis adhuc minorenibus, re-  
rumq; omnium forensium, cumprimū,  
omnino adducignarū; actionem umbra-  
tilem institui cogitabitis. Nihil etiam  
magnum statim esse, sed suis omnia con-  
stare principiū; Neminem etiam senem  
esse, qui non aliquando puer fuerit; neq;  
ex docto doctum fieri, sed ex ineptis &  
terum omnium ignaris aptos effici solere  
ac idoneos, penitabitū.

JOSEPHUS,

Pro-Rex Ægypti.

Quos mihi, O<sup>E</sup>CONOME, huc addu-  
xisti viros peregrinos, qvō ob-  
surreptum scyphum & clam manticæ  
suæ intrusum, judicium subeant, atq;  
respondeant, ex integris, imò integer-  
rimis esse antidhae mihi persuaseram.  
Verum prudenter etiam & saga-  
cissimos qvosq; in suâ non raro opini-  
onē falli, ego exemplo esse possim.  
Verum qvis ad hominū lubricæ, imò  
nullius fidei, peregrinorum cumpri-  
mis

mis, fallacias satis vigilare queat? Mul-  
ti sœpè ex una regione in aliam com-  
migrant, non ut commerciis rerum  
licitis facultates augeant, aut atræ fa-  
mam disspellendæ ergò frumenta coë-  
mant, & virtutibus vacent; sed ut a-  
lienam fortim subtrahendo aliis sua fa-  
ciant, & liberius cōmodiusq; vitiis  
indulgeant, qvibus adeò præter vo-  
tum & animi sententiam eveniunt or-  
nia, ut neq; gemitu ejus causa, qvod  
ab alienarunt, neq; fr̄tu propter id,  
qvod acquisiverunt, expleantur. Tām  
rara sunt bona, qvæ sinceram hoc in  
mundo jucunditatem præbent, ut si  
fortè qvispiam alicubi qvippiam, quo  
afficiatur ac delectetur, repererit, ca-  
vendum illi sit, ne à dæmone neqvam  
deceptus de alienis jucundius & suau-  
ius victorum se opinetur. Ubiq; enim  
enim & qvacunq; incedimus, tanta  
est delectationum penuria, tanta mo-  
lestiarum abundantia, ut vix annis  
centum unum, qvo solidè, & sine mo-  
lestia, & diu oblectemur; at qvibus

•xcruciemur vel millena passim repe-  
riamus. Hæc cum ita sint, egoq; non  
extra animi dolorem, commotionem,  
& molestiam inaudierim, eos, qvos  
mihi ob beneficia, abūdē in se collata,  
fidissimos fore arbitrabar, maximè  
infideles fuisse: Illos tibi jam accusan-  
di potestatem facio; post etiam ipsis  
reis, eorumq;, si qvi fuerint, patronis  
dicendi & semet purgandi copiam fa-  
turus & permisurus. Hac enim ma-  
ximè de causa Magistratus olim con-  
stitutos, inò divinitùs datos existimo,  
& adhuc hodie dari, eligi, electos et-  
iam constitui & solennitè confirma-  
xi, ut accuratè hoc agant, qvò Justitia  
maxumis, minimis, medioxumis ad-  
ministretur, nulli afflicto vis aut inju-  
ria inferatur; neve à potentioribus  
humiles opprimantur, aut aliis modis  
inconcessis manus proximi bonis in-  
ferantur; prout minutæ & imbelles  
volucres à vulturibus rapacibus; o-  
ves sine fraude & insons pecus à lupis  
voracibus; & pisciculi in fluminibus

ab

ab aliis robustioribus absorberi & de-  
coqui solent. Et ad Regem quidem  
noscum clementissimum si respicio,  
est mihi ab illo cura regni demandata,  
ut malum è medio tollam, & de inju-  
riis illatis citò ac sine mora & dilatio-  
ne ullà decernam; cum malu- & ini-  
quus ille audiat iudex, qui tui aures  
occludit, alteri d'fficuler vel omnino  
nunquam easdeni vacivas locat. Huj⁹  
iustissimi Regis ut rego met vestigiis in-  
sistam, nihil ex affectu faciam, neque  
in re manifesta, quamvis possim, inju-  
rias injuriis ulciscar; sed vobis conce-  
do, ut tu quidem, Oeconomus, ordine,  
quo res sit transacta, percosseas; Vos  
vero crimen vel negetis, quod difficile  
vobis erit in scelere manifesto depre-  
hensis; vel quamvis ratione purgetis, &  
ita causam apud me utrinq; liberè a-  
gatis. Quā cognitā, quod jus & a-  
qvum postulat, à me decernetur.

O E C O N O M U S .

Quā sit res ardua ac difficilis, PRIN-  
CEPS inclite, aliquorum ad Magistratum

deserere nomen, non facile dixerim;. Nihil enim æqvè ab omni humanitate alienum, qvām capitis hominie anqvirere, & morte civili affectum de honoris gradu ad ima ignominię subsellia detrudere. Estq; viris cordatis ac prudentibus quasi datum divinitus, ut dare salutem, qvām adimere; conseruare hominem, qvām destruere malint. Ita à sua & generis sui destructio- ne natura abhorret, ut iniqvius etiam ab aliis tractati, summisq; injuriis af- fecti, tamen si ad carceres, ad mortem non consuetam damnatos audiamus, tantum non ingemiscamus, sed la- erumis sæpè proseqvamur. Verum enim verò ut humanitatis limites jam transiliam, quo minus reum ad te. Hebræum hunc natu minimum face- re dubitē, sunt qvæ me mōvent qvam plurima, & quidem hujusmodi, qvæ salvo jure divino, salvis legib⁹ huma- nis, salvâ majorum consuetudine, sal- vâ tuâ autoritate, salvâ omnium no- strūm incolumitate, salvâ publicâ &

pri-

privatā cujusq; re, nec silentii opercu-  
lo tegi, nec impunita relinqui possunt.  
Tuum est, Princeps inclite, mites, be-  
nignas, & attentas mihi in re, tuam i-  
psiis dignitate m, honorem, & existi-  
mationem concernente, aures præ-  
bere; & attentas qvidem, uti solitus  
fuisti antehac, eas mihi præbebis. Di-  
cam verè, dicam quoq; pro rei digni-  
tate, gravitate, & magnitudine brevi-  
tèr. Demonstrabo, qvæ dicturus sum,  
rationibus evidentibus. Ecq; autem  
*av* *l* *ψ* *z* seu oculari aspectu evidentio-  
res esse queant? Dicam contra eum,  
qvi manus suas sacrilegas à lublitione  
scyphi, ex quo tumet, Princeps incli-  
te, dum bibis, divinare soles, nefariè  
abstipere non ausus fuit. Dicam con-  
tra eum, cujus manus & dīgiti à clan-  
destino furto & sacrilegio non tēpent,  
sed calent, qvibus se, suum nomen &  
totam familiam perditus ac temerari  
conspurcare & comīculare ausus fuit.  
Scyphum, tu natu Hebræorū minor,  
surripuisti. Surripuisti, inquam, ne-  
  
103  
his

As nescius, poculum ejus, cui pro va-  
riis, iisq; maximis tibi tuisq; fratribus  
exhibitis beneficiis immortales debe-  
bas grates. Heu facinus! heu furtum,  
& tale qvidem, qvod suppicio non  
vulgari fuerit expiandum! Non te  
benevolentia movit? non beneficen-  
tia pellexit? non favor, qvo præ aliis  
fratribus tuis te Princeps haec tenus est  
prosequutus, ut à furto tam nefario  
manus abstineres, compulit? Factum  
hoc, & factum abs te nunquam nega-  
bis. Est in risco tuo poculum inven-  
tum? Unde tanta tibi audacia? Fuit  
seilicet vobis & cum primis tibi maxi-  
mus domi nostræ honor exhibitus.  
Unde præsumfisti, tibi, qvicq; id in-  
mentem veniret, qvidq; oculis place-  
ret, licere. Cumq; in cunctis actibus  
sola dominetur Voluntas, & ex actu  
soleat judicari de animo; de facultate  
ulterius non est qvæstio, cum res vi-  
delicet ita sit manifesta, ut nullius ege-  
at testimonii aliundè assumpti. Qui  
irâ subitâ, aliove affectu præventus  
cul.

culpam committit; malè facit; qvi  
verò ex destinato ac deliberato illam  
committit, multò pejus agit. Interest  
videlicet, utrum perturbatione animi,  
an consulo fiat injuria. Non minus  
affectus in aliquo scelere puniendus  
est, qvā effectus. Jam si iste sub pœnā  
cadit, multo magis hic. Quid dicis, ho-  
minum ingratissime? quid audes rege-  
rere? Exponam, ut res fiat clarior, sce-  
lusq; furti manifesti, verbis, ut acta res  
tota fuit, claris ac dilucidis, & qvomo-  
do iste in noxa deprehens⁹ fuerit. Qvā  
primū Urbem hi boni, scilicet, viri con-  
citato gradu, commissi sceleris consci-  
entia compulsi reliquerunt; nos tuo  
jussu celerrimè ipsos insequebamur, ut  
tellus angulis equinis pulsata imensu-  
daret sonitum; neq; priùs eqvos inhi-  
bebamus, qvā cursu eos attingere  
licebat. Adorti ipsos, poculum fur-  
tim subtractum clamore non levire-  
poscimus. Neq; vana apud eosdem  
illud inveniri posse amplius erat su-  
spicio. **Q**uis enim exemplissimo sibi

ex-

exhibito honore non aliquam præsumere audeat licentiam? Ast in illos ad clamorem nostrum subitus ac trepidus incessit horror & metus, ut facile conjiceres, facinoris hujus tanti illos non planè esse exsortes. Animo tandem resumto, quicquain se sustulisse constanter negare; Conqueri magis, ab iisdem jam sibi injuriam fieri, insidias strui, & ad poenas, supplicia ac servitia trahi, à quibus antè paulò benignè ac perbenignè essent recepti & excepti. Nos crimen intendere, furtique malum à personas, in quā commissum fuisset, dignitate exasperare, nisi recepto poculo redditum ad suos nulli eorum posse concedi, ostendere. Certamen verbis ultrò citroq; datis grave & acerbum oritur, nobis crimen iacentibus, illis maximo clamore & conatu abs se depellere nientibus. Deniq; paciscimur, ut servus tibi & mancipium ille obtingat, qui criministam nefandi reus deprehenderetur, invento videlicet in ejusdem

dem manica poculo. Sarcinas de-  
hinc rimatur & perqvirimus omnes  
diligentēr, initio à grandioris natu fa-  
cto. Verum omnis spes inveniendi  
illius planè decollabat. Tandem hunc  
ipsum sceleris &culpæ tantæ reumin-  
venimus. O facinus sceleratum! Te-  
ne oblitum Patris, qvem jactabas, pii,  
honorati, annorum saturi, fratum  
qvoq; ac tui adeò ipsius, ut clepere  
aulus fueris poculum Domini mei, &  
poculum qvidem illud, per qvod ex-  
perimento certo ipse, qvales vos esse-  
tis, jam antè didicerat. Sed qvid ardor  
habendi insatiabilis mortalia perpe-  
trare non cogit pectora? à qvā re, et  
iam sacrosancta, sacra auri fames ho-  
minem arcit ac retrahit? Qvod si qvē  
Iucelli alicujus cupiditas ac ardor ha-  
bendi semel afflavit; næ ille omnes e-  
gregios motus ex mente impiis modis  
expectorat, sacra omnia ac Deum i-  
psum negligit, omnes virtutes, omnes  
artes honestas, qvibus honestati locū  
dans alere se ac sustentare poterat, alto

super.

supercilio spernit, temnit, fastidit, re-  
jicit. Contrà præter scelera nihil so-  
mniat, nihil præter acervos opum &  
laureos montes sibi imaginatur, inhi-  
at, suspicit. Divitiarū gratiā, qvo jure  
illas, qvare injuria acqvirat, nihil non  
mali patrat, jura evertit, uncisq; mani-  
bus ea, qvæ tangere minimè fas erat,  
aufert. Tunc es homo? tu es ille impi-  
us, qvi furti te temerè adstrinxisti, nec  
sceleratâ dextrâ Principis rām benefici  
poculum tangere uilâ religione fuisti  
deterrit⁹? qvin magè caput petaso ob-  
voluiſ; celeri te proripuisti gradu. Qvip  
pe Nemesis, nec injuriā, te falce luctuſi-  
cā iræ viadicis in poenas jam poscit ac  
trahit. Et qvidni? Qvicūq; n. ob stolidas  
œculorum delicias turpia præfert ho-  
nestis, nec à prohibitis rebus manus  
abstinet, hunc poena ultrò à seipso ac-  
quisita manet, hunc luce æther à am-  
plius indignum tristi morte perire fas  
est. Qvosdam insuper populos & na-  
tiones videmus mites in homicidas,  
misericordes in latrociniis reos; ex ad-

verso

verso nihil præterea commeritos sine  
mora occidi jubent ingratos, Benè  
sanè. Vir n. pro beneficio ingratus in-  
dignus est, qui vitę usurā fruatur. Tanto  
putatur esse turpius gratiam non re-  
ferre, vel saltim beneficii esse imme-  
morem, quanto causa honestior refe-  
rendae statuitur. Hic subsistit, nec  
plura addo; mandatum tuum, Prin-  
ceps inclite, exequutus. Tuum est,  
pro tuā, quā polles, sapientiā, in re-  
ardua & magni momenti statuere.  
Nos tibi poculum, qvod hujus trium  
literarum adolescentis manus picata  
tapere fūsinuit, restitutū gratulamur.

JOSEPHUS.

Audivi, Oeconomē, & attentē au-  
divi de facto furum hujus manipuli  
temerario te disertē orantem. Qvam-  
vis autem res sit satis manifesta, & tan-  
ta qvidem talisq; ut alio teste ullo nō  
egeat; tamen ex ipsis audire luber-  
qvānam ad sui defensionem sint pro-  
laturi; factumne, qvod negari nequit,  
fassuri; an poenam, qvam ipsi sibi de-  
lege-

legerunt, amplexuri? Scelestā capita,  
siccine hoc mihi facere non vetemini?  
Hanc pro beneficiis, affatim in vos  
collatis, gratiam reponitis? Eane tām  
subitō vestris animis exciderunt, &  
in yen:os abierunt? Curavi sedulō, ac  
tot⁹ in hoc fui, ne vos & familia vestra  
fame atrā periretis. Ipse vos domi meq;  
alui, & alui magnificē. Honorem vo-  
bis, quem nulli ali⁹ peregrinorum, ex-  
hibui. Tritico optimo, Oryzā, Olyrā,  
milio, panico, palmulis, aliisq; fru-  
menti notæ melioris generib⁹. Sicut &  
aromatū variii generis copiā onustos  
ad patrem vestrum abire permisi, ine-  
diam vestram, aliaq;, qvibus premeba-  
mini, mala commiseratus. Nunc gra-  
tiam, scilicet, egregiam pro tot bene-  
factis reposuistis, ut ob illa tām splen-  
dida Beneficia poculum mihi domo  
abeuntes auferretis. Dicite, gen⁹ in-  
gratum, imò ingratissimum, dicite ful-  
tis, qvā fronte tantum nefas ausi com-  
mittere fueritis? Putastisne virum sa-  
pientiā non vulgari præditum latére  
illud,

illud, & diu latere posse? Humana sce-  
ptris si temnere præsumsistis; at Deum  
fallere vos posse arbitramini? Spera-  
bitis certe fandi simul & infandi, vir-  
tutum & scelerum vindicem Deum  
memorem; huic serviant vices rerum  
reciprocae, neq; scelera remotis com-  
missa arbitris diu ipsu latere possunt.  
Nunquam ille hominum meritis sive  
ad præmium, sive ad poenam deest..  
Vestrum jam judicium sit, qvid in re  
tam manifesta facto tam nefando, &  
scelere tam atroci de vobis mihi sit  
Ratuendum.

### JUDAS.

Loqvarne, an fileam? Silere om-  
nino patris calamitosi miseria, & statu  
fratris dilectissimi, hoc furtum cui in-  
tenditur, miserrimus non finit. Loqui  
& purgare nos res manifesta detre-  
stat. Nec, quid dicamus, quidve tace-  
amus, animo succurrit. Membra, e-  
heu! pigro metu torpescunt, & adfa-  
cinus tam nefandum corpus totum  
tremiscit, Poenam hanc ob peccata  
nostra

nostra nobis immitti augurat animo.  
Est Deus Vindex sceleris, etiam in lo-  
co abdito perpetrati, neq; cogitatio-  
nes cordium nostrorum latere cum  
possunt. Habet oculum vindicem, &  
quod differt, minimè aufert. Tardius  
ad vindictam de hominibus sceleratis  
sumendam ejus ira procedit; sed tar-  
ditatem illam supplicii gravitate com-  
pensat. Evidem Princeps ele-  
mentissime, meruimus, nec enim  
culpati diffitemur; meruimus, inquit,  
ut jugo nos premas durissimo, & mo-  
re servorum, si tuo jure utaris, vel Cip-  
po manus & pedes includas, vel in er-  
gastulum, aut latomias lapidarias tru-  
das, ibiqt; cum alii lapides octonus ef-  
foderint, nos sesquiopus conficiamus.  
Te tamen etiam minimè clam est, Ju-  
dicem legitimum definiri illum, qui  
æqvitatis patronus ac defensor est.  
Hac ipsa justitiam ut temperes, tibi  
suadet divinum Numen, à quo olim  
non secundum justitiam, sed æqvira-  
tem judicari desideras. Amplectere  
anxi

animi æqvitatem, qvam iustitiæ rigor  
nōn capit. Indicit qvodammodo &  
imperat præstantib⁹ viris clementiam  
subiect⁹ hostis. Commendatur leonū  
generositas, qvōd prostratis pareant,  
& in vitos sæpiù, qvam sc̄eminas, in  
infantes verò non nisi extremā com-  
pulsi fame ungulas immittant: qvan-  
to magis ab homine, & homine qvi-  
dem Dei vices gerente reqviritur, ut  
sibi subjectis, delictumq; facentibus  
pareat? Laus summa Principis, sum-  
mè qvùm sit offensus, elementiæ stu-  
dere, injuriæ despicere, animum vin-  
cere, iracundiam cohibere, ultionem  
reprimere: Hæc qvi vincit, hostes o-  
mnium crudelissimos vincit. Nun-  
qva labi, non hominis, sed Dei est.  
Viris bonis accensendi etiam, non qvi  
semper, sed qvi sæpè recte agunt. Non  
obscurum tibi esse potest illud:

Pulcrū eminēre est inter illustres Viros:  
Consulere patria: parcere afflictis: ferre  
Cade abstinere, tempus atq; ire dare:  
Hec summa virtus, peritur hac Calū vi.

Hanc

Hanc tuo in corde fixisse sedem, tua  
nobis benignitas, in multis antidhac,  
nec ita pridem declarata, luculento est  
testimonio. In sola tua bonitate &  
clementia spes nobis est relicta. Cle-  
mentiam, quæsumus, tuam fac experia-  
mur, cuius benignitatem & favorem  
satis superque; paulo ante, etiam ad mi-  
raculum experti sumus. Non utique  
nobis animus est (nec enim conduce-  
ret nobis) tecum verbis contendere:  
venimus ad preces, his te mitigatum  
iri non parva spes est. Excuse sinus  
tuæ sapientiæ, an ex re tuâ sit, & an si-  
ne ulla maculæ inustione tuæ sapien-  
tiæ & clementiæ fieri possit, leto nos ut  
dedas, qui ultrò confitemur, vitam  
nos tibi nostram debere. Non est, ut  
reor, virtus minor, nolle miseros op-  
primere, quam vitam dare & largiri.  
Noli quæsto, noli repeto committere,  
ut beneficium tam magnum, tamque  
eximum tibi pereat, cuius per brevem  
fructum & usum fortuna, non diu in  
eodem loco stabilis permanens, nobis  
invi-

invidet. Sic, qvos antehac aluisti, qvos  
cibo & potu abundè servasti, qvibus  
honores magnos præter meritum ex-  
hibuisti; jam denuò ex mortis præ-  
sentissimæ latumia liberatos non ci-  
trà tuam ipsius laudem summam vitâ  
novâ donabis. Neq; frustrà autfor-  
tuirò hoc fieri crèdo. DEUS enim,  
DEUS ille, qvem hucusq; & tibi &  
rebus tuis sempèr faventem depre-  
hendisti, materiam laudi: tuae amplis-  
simam, & campum virtuti latè paten-  
tem aperire voluit, ut, qvo nostra mi-  
seria major, tua magis innotescat mi-  
sericordia, & ita indies in hoc virtu-  
tum campostrenuiùs te exerceas.

### JOSEPHUS.

Non satis suo muneri Princeps fa-  
cit, si sit justus; sed ad justitiam insu-  
per exercendam obligatur. Est enim  
Dei minister, gestans gladium ex ejus  
mandato, qvem stringere tenetur in  
præfractos Dei legumq; contemtores,  
& eo ipso defendere obedientes & mo-  
tige.

rigeros, justiq; & legū tenaces. Et quidem qvo magis in sceleribus improbi sunt corroborati. & próbi in virtutib; languidi; eo magis niti decet. Principe bonū, ut malū, è medio tollatur: ne probis simul cum improbis ob mala exempla evertantur. Et sanè nisi paulo severior adhiberetur disciplina, futurum esset, ut summa imis improbi miscerent; contrà proborum, opinione citius, ne nomen qvidem audiretur. Sed ne unus omnia meo nutu agere, solusq; sapere videar in tam periculoso & salebroso statu; dicite, Amici, qvam noxam meruerint, & cui trandantur, aqvum sit.

#### P.U.T.I.P.H.A.R.E.S.

Equidē in manifesto piaculo qvid consiliī & undē capiendum, qvid poenæ statuendum sit, qværis Principum Optime Maxime. Sanè manifesta ulteriore inquisitione non egent. **Justitia**, cujus tanta vis est, ut nec ii qvidem, qui scelere ac maleficio pascuntur, possint sine ulla Justitiae particula vi-  
vere

vire, hanc tristi calculo labem damna-  
ri satagit. Vide, qvam sit varia horum  
peregrinorum, & ipso chamæleonte  
mutabilior pellis; qvanta in amicis in-  
fidelitas; qvam aptæ ad tempus simu-  
lationes; qvantæ ingratitudinis notæ!  
Nihil acerbius, nihil horridius cogita-  
tæ, nedum peractæ ingratitudine; co-  
gitato, nedū peracto furto. Omnia  
hoc vitiorum maximum, & non nisi  
reste tristi in arbore infelici piandum.  
Spoliarunt plagiarii isti, spoliarunt  
non communem latronem, qvi publi-  
cis armis, publicis vexillis ruguria, &  
humilia pastorum mapalia perscruta-  
batur; non perduellem aut proscri-  
ptum, qvi res suas repetitum arma in-  
duerat, & peregrinantium intentos  
cohorti exuebat bonis suis: Sed eum,  
qvem jure gentium donis afficeret,  
qvem amare, qvem respicere debue-  
rant; eum, qvem patronum arctissimo  
amicitiæ nexu colere fas erat; eum,  
qvem sospitatem legerant, qvem  
patrem; eum, cujus suavitatem, cuius

C

con-

conjunctionem primum munetibus  
expetierant & procurarant; eum, qvi  
hospites ignotos, erroneos, peregi-  
nos, famelicos mensē adhibuerat, & de-  
licatissimis epulis inter hospitale Deos  
tractaverat; eum, qvi eorum fidei, eo-  
rum miseriæ publicā autoritate credi-  
derat; eum, quem REX, quem Prin-  
ceps, quem tota non Ägyptiorum  
duntaxat, sed omnes Orientis natio-  
nes Principem, Dominum, Patrem vo-  
lunt, colunt, ambiant; eum, cui sub-  
esse, pro cuius salute vota fundere, cui  
ob cibos omnifatios, ob commeatum  
exhibitum, omni animi cultu se vicis-  
sim gratos exhibere debuerant, nefari-  
um moliti furtum, sacrilegi, vetera-  
tores, qvi Deos hominesq;, divina &  
humana jura nihil curant, qvi Regiam  
Majestatem, dignitatem principalem  
alto supercilio negligunt, temnunt,  
fastidiunt; qvi nihil unquam nefas nec  
in facinore, nec in libidine habent;  
qvibus jam nulla lex, nullum civile  
jus, nulli possessionum termini; qvi

non

non calumniā, non iustis vindiciis  
& sacramentis aliena bona, alienum  
aurum fraude, dolo, benevolentia fu-  
catā expertunt: qvi non solum Pro Re-  
gem (eum enim jam tūm contemse-  
rant, sed ipsum R E G E M , Pharaonem  
Mizraim, serenissimum exuere bonis  
& contemnere illiberali illo plagio u-  
nius manūsculi impensis voluere; qvī  
sic interesse voluere conviviis, ut sagi-  
nati regali luxū etiam aurum habe-  
rent, & illud in viaticum surriperent.  
Hæc tolerabiliā videntur, ut mitio-  
ri poenā subleventur? Adhibenda est  
Reipublicæ causā severitas, sine qvā  
administrari civitas nulla potest. Sci-  
mus digitum præcidi oportere, nisi ob  
eam rem gangræna ad brachium sit  
ventura. Iustitiam ergo in te, Prin-  
ceps serves; nechic solūm, sed & in a-  
liis. Qvia Divam hanc offerere, una  
cum regni munere tibi munus. Ori-  
ginem sceptri si repetis, fruendæ ju-  
stitiæ causā reperies olim benē mora-  
tos Reges constitutos. Qvidenim a-

liad, qvām contra vim & manuariam  
illam legem inventi & inventi isti? ut  
essent, qvi summos cum infimis pari-  
jureretinerent. *Rex* debet & vult esse  
custos, ut nec opulentii injustum ali-  
quid patientur, nec plebs contumeliah  
accipiat. Jus ergo dicas & reddas, &  
id habeas supra omnem injuriam po-  
situm. Nil in penatibus tuis venale  
sit, aut ambitioni pervium. Habes hic  
perduelles, fures, sacrilegos, trifurci-  
feros; in hos, ut æqvum est, distinge  
justitiae ensem. Ille, cujus in sacco in-  
ventus crater, purissimo auro coru-  
scans, pœnā mortis afficiatur. Ceteri  
inservitutem rapti ergastulo serviant,  
& in metallum lapidesve damnentur.  
Quid renuitis, sacrilegi? Vos ipsi, vos  
hoc decretum fecistis. Quid æqvius,  
qvām unumq; suo judicio peri-  
re? Nos ne contemtu vobis digni visi?  
an verò crudeles? Crudelem medicum  
intemperans æger facit. Ne corporis  
qvidem morbos veteres & diu auctos  
nisi per dura & aspera coérceas. Cor-

11.

ruptus simili & corruptor, æger & fla-  
grans animus, haut levioribus reme-  
diis restinguendus est, quæm libidini-  
bus ardescit. Quid ergo expedit, quo  
minus virgæ expediantur, secures strin-  
gantur in nefandissimos sacrilegos,  
turpissimos perduelles, ingratissimos  
hosplites? Princeps, qui punire potest  
crimen, nec punit, non minus coram  
Deo reus est. quæm si id ipse patrasset.  
Nihil ergo, Præmpti inclite, ploris fa-  
cias, quæm ut necubi officium prater-  
mississe videaris.

## SABA CON.

Sanè, *Principum maxime*, adhibendam esse Reipublicæ causà severitatem, sine quā administrari Civitas non potest, scio & video. Scio, digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium venturæ tamen tempestivè & cum intermissione. Nam Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum, videndumq;; ne securi Justitiæ illam securim distringas; sed si apud te par-

C 3 simo.

simonia etiam vilissimi sanguinis. Violentæ actiones, ut ut sint justissimæ, irritant; mansuetæ placant. Tardè ergo ad supplicia venias. Propè siquidem est, ut libenter damnet, qvi citò. Decretum hoc tibi infixum hæreat: melius, sanare vitiosas partes, qvam exsecare. Errantem per agros & silvas ignorantiam viae melius est admonere, qvam expellere. Nunquam venies, nisi quoties id fieri publica utilitas suadet. Te, aut tua cogitas? Omnis animadversio debet non ad ejus, qvi punit aliquem, sed ad Reipublicæ utilitatem referri. Aut si interdùm & tua res agitur, ut jam evenit, dissimula; & vultum eum indue, tanquam invitus; & magno cum tormento ad castigandū venias: non qvia peccatum est; sed ne peccetur; nec tam ut ipsi pereant, qvam ut alios pereundo deterreant. Ad exemplum scilicet omnia referenda, non ad ultionem. Itaq; ira maximè prohibenda est in puniendo. Nemo ita membra sua odit, ea ut abscedat

dat. Addo, quod iratus ad poenam  
qui accedit, nunquam mediocritatem  
illam teneat, quae est inter nimium &  
parum. Sed & gaudio abstinentia vel  
risu, omniq; ejus notâ, Ferina ista ra-  
bies est, sanguine & vulneribus gau-  
dere. Itaq; hoc assequeris, ut quan-  
quam adversus fontes, & extrema ex-  
empla meritos, miserationem oria-  
tur; tanquam non utilitate publicâ,  
sed in saevitiam unius absumentur.  
Videndum, ut poenæ sint è moribus,  
receptoq; ritu. Namq; oportet sup-  
plicia more patrio sumi. Lædit, qvic-  
quid in his novum, aut nimium; cru-  
delesq; merito, qui puniendi causam  
habent, modum non habent. Etiam  
hoc, ut æqvabiles, ne iisdem de causis  
alii plectantur, alii ne appellantur qui-  
dem. Quæ autem æqvabilitas esse pot-  
est, si ob unius delictum tota familia  
infons, insciens, innoxia puniatut?  
Illud laudabile, quoties potest, effice-  
re, ut poena ad paucos, metus ad om-  
nes perveniat; & unius improbi sup-

C 4 plicio

gilio multorum improbitatem coē-  
cere. Sit ille, apud quem scyphus in-  
ventus est, servus tuus; sit tibi in æter-  
num mancipium; tibi serviat, nec un-  
quam manu mittatur. Ceteris abeun-  
di sit libertas. Abeant cum suis, & ex-  
emplo hoc moniti imposterum ca-  
veant sibi ab ejusmodi scelere. Cur  
enim in universos sœvies? Scito ad  
multitudinem castigationem satis es-  
se. Eventibus omnis ævi credere, qui  
benignitate & clementia imperium  
temperavere, his candida ac lœta om-  
nia fuisse; etiam hostes eqviiores, quam  
aliis Gives. Adde, quod æterna gloria  
ab hac via, nec ulla re propriis homi-  
nes ad Deum accedunt, quam salute  
hominib⁹ dandā. Sunt Principes Dei  
ministri ad tutandam hominum salu-  
tem. Violentæ actiones, ut sint justissi-  
mæ, irritant, mansuetæ placant. U-  
surpes igitur, Princeps inclite, & amo-  
rem apud populares metum apud  
hostes quæras; nec dominationem  
& servos, sed rectorem & eives cogi-  
tes;

tes; Clementiamqve & Justitiam,  
capessas. Hæc enim ipsa nihil indi-  
gnatur, haut usqveqvæq; adhærere illi  
Principem nostrum pede presso; qvo-  
niam sine peste & pernicie id generis  
humani non potest. Flagitia enim &  
facinora sine modo sunt; nati contrà  
omnes sunt peccare & labi, qvæ pri-  
vatim, qvæ publicè; neq; lex est, qvæ sa-  
tis validè vetet. aut modum capiat. Ita  
necessarium est sæpè dissimules, &  
malis videri invenisse bonos, qvam  
fecisse. An rigidè semper punias? Non  
ex publico id usu. Qvia severitas a-  
micit assiduitate autoritatem; & ne-  
scio quo obnitendi vitio videbis ea sæ-  
pè committi, qvæ sæpè vindicantur.  
Sed nec ex tui ipsius privato qvoniam  
ut arbores qvædam recisæ pullulant:  
ita regia crudelitas auget inimicorum  
numerum tollendo. Temperatus n.  
timore est, qui cohibet: assiduus & acer  
in vindictam excitat. Melior ergo via  
altera: & veri benigniq; Principis est,  
ad clementiæ commodum transilire.

„interdum terminos æquitatis. Siqv-  
dem sola est misericordia, cui omnes  
„virtutes, tanqvam doti Principū pri-  
mæ, securæ, optimæ, maxumæ cedere  
honorabiliter non recusant.

### JOSEPHUS.

Et ipse qvidem, *Amiti Clementis*  
*Justitiæ exemplū sive præceptum hoc*  
*habeo: Omnia scire, non omnia exe-*  
*gvi; parvis peccatis veniam, magnis*  
*severitatem commodare; nec pœnâ*  
*semper, sed sæpius pœnitentiâ con-*  
*tentum esse. Hæc animum meum co-*  
*gitatio dum subit, qvanqvam non in-*  
*justè vel vobis arbitris, facerem, si se-*  
*verius in vos omnes animadverterem,*  
*& vestram ipsorum de vobis decretam*  
*Sententiam exeqveret; tamen ob uni-*  
*us delictum omnes plectere nolo, ne*  
*justitia in tyrannidem abeat. Ignor-*  
*scam ergo vobis, meæ memor beni-*  
*gnitatis pristinæ; sed hac lege & con-*  
*ditione, *Iste, in cuius risco poculum fuit*  
*repertum, sit mihi a servitiss per totum**

vi

vita curriculam, neq; sit illi ulla evadens  
di spes reliqua; si fugam ornárit, debi-  
tas pœnas deprehensum luat. Adeste mox  
famuli, injicite actutum manicas, &  
mancipato carceribus ponderosas &  
crassas impingite compedes; ne, qvæ  
malitia hominum præpostera est, per  
fratres evadendi potestas detur, aut  
viam qvandam se in libertatem vindici-  
candi, inveniat, & pedum celeritate  
nitens suæ saluti consulat. Reliquis  
per me, qvò libuerit, ire liberum esto.

BENJAMIN.

Non te fugit, *Clementissime Princeps*, nullà re homines ad Deos magis  
& proprius accedere, qvàm salute hu-  
minibus dandâ. Hunc tu certè repræ-  
sentabis, si ratio te apud clementiæ  
magis sese exeret, qvàm rigoris & seve-  
ritatis. Est enim clementia certissima  
salus & ornamentum Imperiorum,  
qvod tibi conciliabis, si, cùm nocere  
possis, clementem te patrem exhibeas.  
Appello autem tuam, *supreme Conditor & Rector orbis*, fidem. Tu es rimat-

tor

tor cordium; nihil te fugit quantum-  
vis minimum, etiam in abdito latens;  
tibi innotuit, hoc, qvicqvid est, inson-  
tem & innoxium me pati. Et ut nihil  
malum timeo bonitate causæ & consci-  
entiæ fretus; sic affirmare ausim, po-  
culum illud clam, me nescio, in man-  
ticam meam intrusum à qvodam no-  
bis male cupiente. Me miserum! ini-  
qvè proditus, dolisq; captus morte  
multabor, aut servitutis jugum morte  
deterius & gravius subibo, qvi ad li-  
bertatem ex patre & familial libera na-  
tus eram. O me miserum, qvām volu-  
bili orbe humana circumagit pro-  
speritas, ut in unius veluti contuber-  
nio mille in singula momenta vices  
mutet! Qvarios fortunæ casus! quam  
sæpè, cum minimè credimus, aut su-  
spicamus, ex augustissimo libertatis  
theatro in angustissimum servitii tristis  
ergastulum detrudimur! Maturè, heu!  
nimis illud verum esse disco, qvòd  
qvo qvis in vitâ honoratior, eo gracio-  
ribus fortunæ ictibus subjectus si...  
Qvi

Qvis me non felicem prædicabat, dum  
apud Patrem vivebam? Maximo erat  
honor, ex venerandâ Patriarcharum  
prosapia natum esse; posse nominare  
Patriarchas, Patrem, Avum, Proavum.  
At qvis jam, & qvò redactus sum? Ve-  
rè autim dicere, solum illum à fortu-  
næ insultutum esse, qvi in sepulcri  
sese arcem ex mundi hujus tumultib⁹  
recepit. *Hacne felicitas* à Deo Patri  
meo promissa: terram Canaan semi-  
ni ipsius fore possessionem hæredita-  
riam? Èa causâ, eoq; sine patrios fines  
reliqvi, ut deceptiangularum nebulis  
circumventus in alienâ terrâ triste-  
servitutis jugum subirem? Nempe  
non frustrà semper mihi suspecta fuit  
in terris alienis felicitas, ut melle pri-  
mum dulcire nefcatum, absinthio post-  
modùm & felle affatim cibaret. Cur,  
cùm primùm trepidus pedem huc tu-  
li, me in fugam non conjeci, cùm ne-  
mo esset, qvi prohiberet? Jam Patris  
sinu liber & vacuu: omnibus curis ac-  
quiescerem, *Hic ut primùm recogno-*  
*scet*

scet, in quo ego misellus statu verter,  
& quam profundo malorum pelago  
undeque alluat & confliquer, ululati-  
bus omnia complebit, noctesque di-  
esque ducet fletibus, non secus ac  
philomela melos funestum ac lugu-  
bre concinit, dum sibi teneros & im-  
plumes foetus direptos conqueri-  
tur. At vos Fratres diu, multumq; re-  
ctiusq; me valere jubeo. Misi, jugo  
tristii liberum collu supposituro, hinc  
abeundem, donec laetior, quod Deum  
unicè rogo, aura nobis cœlitus afful-  
serit; & veritas, Solis luce fulgidior,  
stropharum harunce nimis, eheu!  
mature in meam Patrisq; senio confe-  
cti perniciem certissimam fabricata-  
rum nube displosa innocentiam me-  
am detexerit.

### JUDAS.

Fraternis precibus, Princeps cle-  
mentissime, meas & ego adjicio, neq;  
donec exaudias nos, rogare desistam.  
Respice, si ullus humanitati & mise-  
ricor-

ricordiæ locus apud te relictus est, re-  
spice, inquit, quantum in nos fortu-  
næ regnum sit, quām instabili fide res  
humanæ consistant! Decidunt alii di-  
gnitate, & præter fortunas nihil amit-  
tunt; Cadunt alii ita, ut merā tristitia  
tum bona, tum vitam ipsam amittant;  
alii deniq; ita prolabuntur, ut cum fa-  
cilitatibus ac vita existimationē quoq;  
perdant. In hoc ultimo grege quis  
non meritò nos deputet, adeò infestā  
& infaustam expertos fortunam, ut si  
plura invenisset, plura ecepturna fuerit.  
Eripuit illa, eheu! nobis fratrem, pro  
quo reducendo me & meos natos lo-  
co pignoris Patri obtuli. Proinde pau-  
cula mente placidā ac sedatā accipe;  
postea, ut animo complacitum erit..  
facito.

Postquam non ita pridem Ægypto  
relictā domum appulimus, & Parens  
noster unum ex nobis abesse recogno-  
vit: Ubinam SIMEON esset, interroga-  
re? An morbo corruptus, aliovè malo  
intercept⁹ alicubi in itinere mansisset?

Hunc

Hunc vivere quidem respondi, & ad-  
huc esse sospitem; veruntamen in Æ-  
gypto relictum, undē ipsi abire non  
liceret, donec frater ejus natu mini-  
mus nobiscum descenderet. Qvæ ut  
me orantem audiit: An usqvam, re-  
spondere, tam infelix Pater vivit, atq;  
ego? Unus ex vobis olim mihi periit,  
rapina bestiarum factus; alter jam re-  
lictus est obles; nunc tertium vobis  
abducere animus est; cui si in itinere  
infortunium obtingat, canū me cum  
dolore cogetis emori. Relinqvat po-  
tius anima infausta debile hoc corpo-  
ris ergastulum, qvām hujusmodi tri-  
ste nunciū aures meas feriat.  
Abeatis, urgente nos necessitate, vos  
ceteri, auriq; & argenti, qvicq; id  
penes nos est, accipiatis, ut fratrem,  
qvem alia regio captivum tenet, redi-  
mere, & frumentum ad nos advehere  
possitis. Excipere ego lacrumans: An  
tu, inqviens, ô Genitor, Principem tan-  
tum nos adire posse existimas, qui se-  
riò contestatus per DEum cuncta vi-  
den-

dentem, perq; sc̄eptra regni Pharaonis Mizraim sanctissimè juravit, nunquam Fratrem nostrum Simeonem tuā visurum faciem, nisi exeqvi, qvæ nobis injūxisset, properarem⁹. Confide ergo mihi Pater, & concede nobis puerū. Unicus ille nos omnes servabit, ne moriamur & nos, & tu, & parvuli nostri. Spōdeo ego pro eo, En dextra fidesq; ! En amore, quo te veneror, filiatem! de manu illū meā reponscito. Si quid illi triste obtigerit, perde & eneca filios meos, quos tibi loco filii tui & fratris nostri dedo observandos. Verūm DEUS noster meliorem & lætiorem his rebus dabit exitum. Tu mōdō metum, qvī pectus tuum exedit, abjice, teq; & familiam nostram serva lætioribus. Hisce Pater victus cūm omnino, inquit, ita faciendum sit, proficisci mini ! Tuq; Capitulā dilectum (apprehendens hunc infelitem Benjaminem) unicum animæ meæ levamen, abito felix, tuiq; Patris memoriam tenaciter reserua. Si te fata superstitem mihi olim reddent, vitam

oro.

oro. Plura dicere dolor, & luctus lacrumarum undanter ab ore fluentium rivulis mixtus non permittere. Postea reliquorum colla simul lacertis complexus, singultibus crebris vocem impeditientibus nos dimittere, & intra teclu domus se recipere, dimissosq; in tuam fidem tradere. Nos, ut primum auro radiem reduxit, de more nostro DE um precati iter præstitutum suscipere; & quamprimum in has horas appulimus, tu Princeps mitissime, voltu hilari acceptos tuâ voce laudare, deq; Patre nostro silicernio, an esset in vivis, utq; valeret, sciscitari, mox convivio & mensæ adhibitos variis beneficiis afficeret, ut omnia merum favorem & gratiam spirarent. Nunc cheu! verum videmus illud, qvòd quem fortuna infestare & coercere infelicem incepit, eum non solum sibi charissimis spoliat, sed & animum auferrat. Juvenis hic in iter tam longinquum & tremorum tuo jussu meæ fidei à Patre commissus in Ægyptum summo

mo meo periculo venit, nec mihi una  
quam sine illo vel patriam repetere,  
vel Patrem videre licet. Qva enim fa-  
cie qvâ fronte senem aspicere possemus  
morientem, qvem pro puero fideju-  
bens prodiissem, & fidem refellissem?  
Proinde supplex te per honorem illū  
in qvem præ aliis te evectum Monar-  
cha cœli & terre voluit, rogo, conten-  
do, obsecro; miserere, si senectæ in-  
nocenter transactæ apud te ulla cura  
est, miserere, inqvam, Patris nostri, &  
annis obsiti, & malis heu nimium de  
fatigati! Est ille vir sanctus, justus, &  
pius, dignus qvoq; si maximè propter  
delicta nostra nos indigni, cui melior  
fortunæ aura spiret. Miserere, qvæso,  
miserere! Funus, qvod ex'Nato petis,  
petis ex Parente. Petitur in Filio Pa-  
ter; qvodq; misello isti struere exiti-  
um satagis, in Patris miseri caput mox  
redundabit, & una dies vitâ utrumq;  
privabit. Quid multa? citius luce &  
spiritu, qvam filio hoc, Pater carere  
poterit. Inducas ergo animum Prin-  
cipum

cipum maxime longè esse præstabilis,  
benè, cùm possis, facere, qvàm male;  
& potestate contentum, tui juris non  
meminisse; tantùm ad servandos ho-  
mines potentiam tibi datam existima-  
re, & qvo pluribus salutem dederis,  
hoc te ipsum illustriorē fore, demūm  
befaciendo Principem sibi statuas in  
animis Clientum nunqvam perituras  
facere. Si tamen nimis altè te apud  
radices obstinata hæc egit sententia,  
ut mitigari animus irâ turbatus planè  
nequeat, poenasqe; exigere certum est;  
En me illius loco listo, à me poenas i-  
stas exige; Seu me suppicio afficere  
est animus, paratus sum; Seu carceri  
mancipabis servitiis asservandum, jus-  
ta facere non detrecto, qvicqvid im-  
pones, feram, modô huic fratri nostro  
ad Patrem teorti liceat. Quid respe-  
ctas? cur caput tuum avertis? cur fa-  
ciem tegis? Adeone tibi invisi sum,  
quos magnis non ita pridem dignaba-  
re honoribus, ut voltum etiam tuum  
nobis detrahas? Qvò favor ille pristi-  
nus?

nus? qvo voltus serenus, qvo nihil  
pulchrius Sol vidit, qvo nos dignaba-  
re nupèr accedentes? Iterum, en dex-  
tram tibi tendo precantem] en genua  
tibi humilitèr flecto. ne exarmato  
preces meas, sed lapsis mitior appare  
to. ~~solus~~ post alterum, qvem feræ  
dentibus discerperunt, afflicto seniso,  
lamen est relictus. Nullum cogita-  
beneficiū melius collocari, qvām qvod  
in virum pium, probum & gratum  
confertur.

Hic secedunt Consiliarii.

### JOSEPHUS.

O natura nimium potens! qvò  
nostrahis & rapis vel renitentes? qvan-  
to vinculo, & qvām arcto nexu san-  
guinis fratres devinctos tenes! Si ma-  
xime velim, non tamen ulterius repre-  
mere me valeo. Inter amicos qvidem  
aliqvantisper consistere potest amor,  
qvantūvis, tepidior paucio & lāguidior;  
Ast inter cōsanguineos & fratres verus,  
intemera, & incorruptus semper per-  
manet. Hic ad temp⁹ dissimulatus ean-  
dem

dem diu faciem non retinet, sed pri-  
stimum, verum, & genuinum nitorem  
ostentat. Erumpe ergo tandem quod  
sub persona aliena tamdiu celavi, o  
verum & ingens gaudium! Sed quid  
hoc est? Debeo, & percupio loqui; sed  
lacrumæ, quas verus amor exprimit,  
vetant & oblitunt, vixq; fracto sono  
verba profert lingua. Primum autem  
verbum quod lingua etiamnum titu-  
ban, profert, sic deliberate, in quam vos  
vestra in fratrem & patrem pietas ven-  
dicat... Metum, quem incussi vobis,  
non aestimeis velim tanti, quantum  
gaudium, quo mox perfusa novis &  
inauditis, fortasse etiam incredibiliis  
corda vestra exultim frement, futu-  
rum est. Metus hic, repeto, vobis in-  
cussus fuit, ut novo expleremini gau-  
dio. Vobis, Benjamin & Simeon, pro  
vinculis armillæ & phaleræ; pro pau-  
pertate, præda & spolia; pro ignomi-  
nia honor & præmia, immortali nomine  
digna; pro morte vita honorum meo-  
rum consors & particeps, & quoad vi-

xero,

xero, decernetur. Nec minore gau-  
dio, & honorum brabéis vos reliqui  
afficiemini.

Agite ergò vos mei *charissimi*, ade-  
ste propius, & verba mea accuratius,  
qvæ vobis videri jam perspicio æni-  
gmata, cognoscite. Vidi jam satis;  
vidi, inquam, & probavi flammam  
amoris igneam, qvā fratrem hunc ve-  
strum ardetis & amplectimini. Vidi,  
& video, majorem illum esse, qvā in  
autumare poteram. Et memoria qvi-  
dem antè à vobis auctorū, cùm essem  
adhuc apud Patrem, in mentem venie-  
bat; qvodq; olim puero mihi à vobis  
contigit, suspectam mihi qvodammo-  
do reddebat fideni vestram. Nunc de-  
mùm amorem vestrum erga meum  
hunc üterinum ut perspexi; diu sub  
corde qvod latuit, jam aperte prolo-  
qvar.

**J**OSEPHUS ego sum, *Patre JA-  
COBO, & Matre RACHELE* prognas-  
tus, & vester frater, qvem mangoni-  
bus Arabicis in *Egyptum* deducen-  
dum

dum vendebatis. Quid audito meo  
nomine exhorrescitis? aut quid pallor  
genas vestras occupat? Accedite pro-  
pius, ut verba mea mea accuratius im-  
bibere auribus queatis. Accede & tu  
**BENJAMIN**, *Lepidum capitulo*. Im-  
pervestigabile est Dei judicium, & hu-  
manis rationibus inaccessum. Sumus,  
repeto, nec enim ulterius dissimulare,  
quo vos ardeo, amor finit; sumus om-  
nes ejusdem Patris filii, omnes & fra-  
tres, & futuri Patriarchæ, & inter nos  
pare. Nullus altero nobilior, idem  
omnibus principium, idem autor, ea-  
dem familia. Minor eram in oculis  
vestris, quam ut sustinere putaretis  
vobis imperantem. Atqui neq; con-  
silio prudenti, nec remedio sagaci di-  
vinæ providentiae fatalis dispositio  
subverti vel reformari potest. Sunt  
lubrica hominum cogitationes; Dei  
verò propositum constans, semper  
idem, non irritum, non mutabile.  
Numquid aliud posse rebamini eveni-  
re, quam **DEUS** futurum noverat?

Ne-

ETIUS

Nequibat bonum illud, qvōd divina de-  
creverat providentiā, ullā vel malitiā  
vel versutiā everti. Ecqvodnam illud?  
*dilectissimi* mihi fratres, rogare vide-  
mini. Habete ergo paucis mēæ felici-  
tatis occasionem, qvam primitū maxi-  
mē illi obscuram jurassetis.

Contigerat mihi, Ismaëlitis vendito-  
ribus, famulitium in ædibus *Putiphariis*,  
cui erat Marita, non tām pudica, qvām  
pulcrā, illis accenseri digna, qvæ sine  
præfatione nominari honestē non pos-  
sunt. Illa, hero meo regiis aliquando  
negociis implicito, mei compellandi  
occasionem indepta, ut primum res  
meas administraturus, ut solebam, con-  
clave ingressus eram, ex potestate men-  
tis excedere, neq; amplius astu amorem  
tegere, sed præmerā cupiditate accur-  
rere. me prehensum & mplecti, & tantū  
non de stupro sibi inferendo solicitum  
habere. *Qvo animo, intimi mei, me*  
tū in fuisse putatis, qvem & nunc narra-  
re pudor disuadet? demūm animo inter  
incestificos istos amplexus recepto:

D

Dix,

Deus creator meus & sospitator meliora,  
o Domina, ingeminabam; neq; mihi sis  
calamitatibus meis gravior. Etcum  
multis argumentis, reipsa comproba-  
tis, qvâ sim erga Dominum meum, tu-  
um, maritum fidelitate, antea sis ex-  
perta; ne me rem solicites aggredi,  
qvam nunquam peragere animus est.  
Defuge, ingeminare ego, defuge, si quid  
in me est, qvod causa esse possit libidi-  
nis, meum aspectum; vel, si hoc fieri  
non potest, resiste concupiscentiis.  
Haut enim qvaquam fieri potest, ut si-  
mul aspicere, qvod amas, & intra tem-  
perantiae metas continere te possis.  
Ita ego & verbis & viribus, qvibus pro  
tempore poteram, postulato ipsius in-  
ficeto & impio, obviare & resistere,  
pudoris, prætendens, jacturam omniū  
flagitorum certissimam & fœcundissi-  
mam esse parentem; mihi vero ut  
nō castè moderateq; viverem, nihil  
tām fore violentum, tām robustum,  
qvo pertrahi possem. Obstaret potius,  
& fortiter iret obviam primo insultui,  
neq;

neq; affectui illico locum daret. At-  
qui, ut pudor semel evulgatus non sa-  
tietatem, sed incitamentum parit: Ita  
egregia ista mea, scilicet, a matrix illud  
etiam momentum, quo hæc gereban-  
tur, infinitum tempus dilationis esse  
rata, tenitentis vestem manibus arctè  
correptam retinere, notam & infalli-  
bile criterion intentatæ abs me suo pu-  
dori violentiæ marito suo probatura.  
Mox posse animum meum flecti autu-  
mans; justa quidem, inquit, ô Dii! pa-  
tior. Cur illum non benevolè com-  
pletebar, sed insidiosè petebam? Cur  
non supplex fui, sed hostiliter sum per-  
sequuta? Non admisi primū, nec  
secundū, & meritò quidem, Veritus  
me scilicet, ut *Dominam*. Cubile *Do-*  
*mini* reverebatur. Fortassis adductus  
fuisset cùm tempore, cùm persuasioni-  
bus & largitionibus in mihiorem sen-  
tentiam. Sed ego fera & immanis, &  
tigride immanior, quasi non amarem  
illum, sed illi imp erarem, vi illum co-  
gere. Hæc & similia eructantem ma-

D 2 gnis

gnis clamoribus audivi obturatas ad  
illicta ejus vota aures conservans. Ut  
verò tandem omnino se abs me repu-  
diatam certis perspexit indiciis; amo-  
ris flammis in odium acerbissimum  
conversis Conjugi, simulac reverteba-  
tur, credulo qvicqvid volebat, persua-  
debat. Et cum odium ex æmulatione  
& Zelotypia natum ultionis avidissi-  
mum sit; ob sartam tectam muliercu-  
la libidinosa & moechæ servatam cor-  
poris integritatem, latumiae sqvalidæ  
& tenebrisosa, indignum jubebar esse  
mancipium. Quid putatis, fratres,  
mihi tunc fuisse mentis? Hactenus ma-  
lorum omnium politum, servitu-  
tem, non bello saltim sed morte pro-  
fligandam forti & paciente tuferam a-  
nimō: mox carceris siebam inqvilinus  
sordidi. Tantam ad faciendam viro  
fidem, eiusq; animū, qvō vult flecten-  
dum, vim & fascinum muliebris habet  
lingua! Veruntamen in hac malorum  
symplegade constitutum me non o-  
mnino Justitia divina deseruit. Sed  
quamvis

quamvis aliquandiu connixerit, & me  
posthabuisse visa sit, in longum tem-  
pus retributionem protrahens; tandem  
tamē benignū in me oculum conjectit.  
Deus enim Abrahami, Is:aci & Jacobi  
Patris nostri, cuius est clementia, inju-  
tiarum, quibus affectus eram, ulti matu-  
rè affuit, dolorisq; remedium ac levamen  
per somnium Regi oblatum attulit. Il-  
lud cum neq; Astrologi, neq; Hatioli,  
neq; haruspices, neq; ali, quibus curæ  
est hominum casus & rerū futurarum  
eventa beneficio attium minime lic-  
tarum, Regi attonito enodare possebant;  
Ego oscillatoris regii, quem antea so-  
mnii explicatione perplexi exhilarave-  
ram, indicio licet seriore, quam pro-  
miserat, cerceris liber, compedibus ut  
eram adhuc vincitus, somnium in con-  
spectu Regis, Deo interpretationem in  
os dictante, facile explicui. Regis ergo,  
qui non æstate, non rugis, non canis,  
sed ingenio æstimare sapientiam didi-  
cerat, beneficio, si abs Deo recessero,  
sum quod sum, missus huc, à Deo in-

D<sub>3</sub> vestrā

vestram & totius familiæ nostræ salu-  
tem, vobis inscienter illam procuran-  
tibus. Ex hisce tūm parvis iniciis mea  
vestraq; salus, adeoq; totius regni mo-  
menta pendent. Agite ergò albo no-  
temus calculo lucem illam, qvæ vos  
primò meis objecit oculis. Celebre-  
mus hunc diem qvotannis, qvi me  
meis, & vos mihi restituit. Porrò, ut  
vobis libuerit, redite Deo patrio com-  
mendati & comitatī ad lares patrios;  
**PATREMQ;**, qvem in partem felicitatis  
venire volo, plurimūm verbis meis sa-  
lutarum, adeoq; **vestram** familiam o-  
mnem huc adducite, ut apud me pe-  
nuria famisq; secuti, omnium rerum  
copiā & affluentia hīc fruamini. Re-  
stat siqvidēm integrum qvinquenni-  
um, cūm nihil metet colonus, licet a-  
gro subacto fruges committat. Sic di-  
vinæ mentis sententia inconcussa stat  
& manet. Ite **Vialibus** Diis comitati,  
**Patremq;** nostrum, ut sui filii gloriam  
cernat, filialiter salutatum propediem  
adducite.

BEN-

## BENJAMIN.

Non in parvis rebus auxilium Deus  
propitius afferre solet; sed tūm potissi-  
mū, qvādō spei superest minimū. Estq;  
ip̄ius propriū, inexorata beneficia pre-  
bere fessis & invalidis reb⁹, multiq; for-  
mia speritate vallatis. Huj⁹ rei evidens  
posteritati exemplū nos esse poterim⁹.  
Tui, frater honorante, & merito vitæ  
nostræ diebus magnificiende, tui pro-  
nupēr servi, nunc salutamur fratres.  
Carcere digni, compedibusq; & catastis  
mancipandi, jam aureæ libertati reddi-  
mur. Sub persona Principis rigidi fratre  
nobis faventissimum recipim⁹. Qui ob  
scelus in se à nobis intentatum extre-  
mo nos afficere suppicio poterat, pa-  
cem nobis ultrò offert, & in partem se-  
licitatis recipit. Nunquam, frater faven-  
tissime, majore hostibus regiis casis vi-  
ctoria nobilitatus ad tuos redire pote-  
ras, qvām cùm vicisti animum. Nulla  
est tantavis, nullæ turmæ tam fortes,  
nulla arx adeò munita, qvæ vi majo-  
re oppositâ, ferrovè aut catapultis

D 4

non

non debilitari frangiq; possit : Verùm  
animum vincere, iracundiam cohibe-  
re, odium profligare, & ex corde om-  
nino expectorare & eradicare ; carcere  
dignos non modò poenæ eximere, sed  
etiam in integrum restituere, & am-  
plificare eorum pristinam dignitatem :  
hæc qvi faciat, non ego eum miraculū  
dixero, sed Deo simillimum judicave-  
ro. Itaq; tuus, *frater munificentissime*,  
*amor, tua ad ignoscendum facilitas, tua*  
*in Patrem pietas, & in Fratres huma-*  
*nitas, non nostro hoc solùm sed & se-*  
*culis seqventibus, & quamdiu super-*  
*stites erūt humines, celebrabitur, neq;*  
*tilla unquam ætas de illa conticescet.*  
*Ceterùm nos, qvod tibi placere vide-*  
*etur, iter maturabimus, patrem nostrū*  
*cunctii tām felicis participaturi, ut au-*  
*dito te ; qvem feris olim cessisse prædā*  
*miser credidit, & vivere, & felicitè vi-*  
*vare gaudeat, ac in reditu nostro exul-*  
*ter. Qvanta tām læti, tām insperati-*  
*nuntii felicitas Patri cor afficiet ! vix,*  
*scio, habebit fidem rale & tantum bo-*  
num,

num, qvod ultra fidem est, nuntiatu-  
ris. Nosqvidem iter ingredimur, cò  
magis moram rupturi, qvo tibi & Pa-  
tris & nostrum redditum gratiorem fo-  
re novimus. Vale ergò *frater mellitissi-  
fime*, utq; longum valeas & pancratice,  
Numinis patrii favor tibi ex altis pro-  
pitius adesse dignetur, rogamus, & de-  
vote rogamus. *Vale denuò, mi frater!*

JOSEPHUS.

Valete & vos, mea Corcula, valete,  
in qvos beneficiorum plurimum con-  
ferre animus est. Bonis avibus iter in-  
gredimini. Solitudines vobis omnes  
à latronibus & bestiis tutas & commo-  
das, omnesq; vias salebrosas accessu  
faciles & euntibus & redeuntibus De-  
us Optimus Maximus efficiat...

EPILOGUS.

Multa Numen perficit, qua fieri po-  
nuisse non putes: quod difficile om-  
nino & impossibile videbatur posse fieri,  
id esse facillimum deprehendas, si Deus,

D S                       cuius,

cujus nutu omnes sit, quicquid in orbe cre-  
nit, velit & jubeat. Disficiamus vel  
tempis, quod transili; vel modernum,  
quod attigimus; semper est idem, atq;  
sunt. idemq; manebit: homines vero jam  
ex improbus boni, jam ex bonis imprebi-  
sunt. Malumq; tempui est, non per na-  
turam; sed proper ea, que in eo sunt.  
Omnia verò ut mutent, Deum non mutata.  
Lubricas ille rerum vices, astra, casum,  
& fata regit, quicquid eis arbitrio de-  
stinatum est, neq; sors ulla mutare neq;  
casus valet.

Quia in JOSEPHUM intuens non di-  
cat hoc esse verum, atq; ejus exemplo non  
sapiat? Ejusdem ille sanguinū, cuius fra-  
tres, & eodem, quo illi, Patres fatus; odia-  
ramen illorum acerba, genere atq; domo  
patriā iniquè privatis, & à Patri sui  
amplexibus ob felicitatem fibi divinitus de-  
stinatam avulsa ferre cogebatur. Adeo  
institum mortalibus, aliorum felicitatem  
egri oculū introspicere! Cumq; trucu-  
lenta fratrum consilia & mortem vix e-  
vasisset, in cisternam profundam detrusus,

G

& exemptus Ismaëlitis myropolū vili  
pretio direndebatur, & in terram Ägy-  
ptiacam (ut alios intercedentis casu ta-  
ceam) denuò in servitum omni exilio  
pejorem tradebatur. Patre creatu libe-  
ro, servire apud exterios coactus liberta-  
tem cum famulitio permutavit. Cumq;  
dominus ei obligisset commodus, lenis &  
probus; hera lascivus & procax omnem  
bene & comodè virendi consolationem  
præcedit. Hac enim adolescentem formam  
non vulgari, moribusq; bene compostris  
confuscata non tolerando quodam, neq;  
usitato, sed insanabili amore amare cœ-  
pit. Quemut vidit manifeste sua postu-  
lata recusare, primo non remisit quic-  
quia, sed magis incendebatur, ad sui postu-  
lati persequitionem, quasi bac juvinis  
abnegatione majore impetu accensa esset.  
Ut però tandem aures ejus peritionibus  
suis impervias. & cor adamante quois  
durus perhexit; à precibus ad vini con-  
versa vestimenti ejus luciniam arripuit,  
marito reverso ceruissimum intentatisibi  
ab Hebraeo famulo sceleri experimentum

6x-

exhibetur. Et facile quidem credulo  
marito persuadebat. Tantam ad fidem  
virū faciendam habent vim & fascinum  
verborum lenocinia, & consuetudine  
habitandi conjunctim mulierum oculi. Di-  
ctum ac factum. Nihil enim uisquequam  
tām sanctum, quod calumnia tentare  
non ausit; nihilq; tām laudabilitē geri-  
tur, quin spina illud pungant perverse  
alicuius intentionis. Expertus hęc Jose-  
phus innocens, imo innocentissimus, fal-  
sifica unius mulierculae indicio antro sa-  
geo excipitur ad triennium, donec tandem  
causa melior nitidū caput efferens specu-  
eum tenebrioso retractum ad summa ho-  
norum fastigia exire. Omnis, quod di-  
citur, rudens erat ruptus, omnū spei anco-  
ra omnino erat evulsa, neq; amplius cum  
nomine libero in calamitatibus erat con-  
stitutus, sed in servitutem imo in carcere  
& compedes recesserat; Sed Deus ultor  
scelerum, veruq; quantumvū seru pie-  
tati & virtutis brabeutes & compen-  
sator, oculū tandem ipsum patriis adspe-  
xit. Nunquam videlicet Deus meritū  
piorum

piorum ad præmium deest. Hinc nemo,  
si laborum præmia non subiit obtingant,  
animum desponeat; sed sibi persuasi-  
mum habeat, si non à Creatura, certè à  
Creatore; si non in momento perpetrati  
boni, certè brevipòst; si etiam fortè non  
in hac, certè in altera vita compensatione  
affore largissimam, Josepho nostro nec  
præmia in seculo detracta futuro, neq; in  
hoc denegata. Nec enim ipse solus sum-  
mū gaudebat honoribus; sed & Patrem,  
fratres, & totam familiam aluit; fra-  
trum culpa ignorat, benignum se illū, fa-  
cilem & humanum præbuit; profusissi-  
ma lacrumarum copia acceptas injurias  
omnes extinxit, & in amore illorū, quoad  
vixit, immobili & constans per mansit;  
neq; unquam vel verbulo infidelitate, &  
odium sibi intencatum, uni vel alteri ob-  
jecisse Spiritum Sanctum in sacras pam-  
deatas retulisse legitimus.

Exemplum omnibus hominibus, fra-  
tribus, amicis, collegis, condiscipulis imi-  
tandum. Solent fratrum iræ, si quando  
inciderint, esse acerrima, ut rectè hinc  
Poësa:

Ovid.

Ovid I. Metam.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite  
turus,

Non sacer à genero; fratrū quoq; gra-  
tia rara est.

Et aliis:

Manil. lib 4.

Ecce patrem nati perimunt, natosq; pa-  
rentes,

Mutnag; armati coēunt in vulnera fra-  
tres.

Verūm hic noster Josephus cāmode-  
ratione fuit, ut odium in amorem mu-  
taret, fratresq; incolumes vellet.

Nos huic actioni finem imposituri, pro  
vestrā, Viri Magnifici, Amplissimi, Re-  
verendi & Clarissimi, præsen: iā. quā co-  
bonestare hunc actum non reiusāsū, gra-  
tes universis ac singulis debitas agimus,  
nosq; valere & plaudere ex-  
optamus.

-98 ) : ( 99-

Ne

Ne Pagella manerent vacue, visum fuit.  
hunc forte non ingratu ita  
supplere.

Prosopopoeja Josephi ad Heram.  
Ad Catulli carmen 25.

**L**upa impudens, protervitate nemini  
secunda

Lascivior e seculi bujus illiusq; multis  
Post te procacitate passib; lupas relinques  
Eadem genas pudore non notata mœcha  
turpis

Torū mariti cum coinqvinare non vererū;  
Dimitte pallium mibi meum, quod invig-  
lasti.

Toroq; serva etnjugali debitum pudorem  
Proterva, prodidisse quem vuln' soles lupo  
instar.

Cuite, receptā mento seniore, trade totū,  
Ne nominis famam rui & laudes pia ma-  
rita (fandū,

Spurcer modis peracta vita turpiter ne-  
Cunctuq; r'sum concites, sedo velut me-  
retrix (scho.

Depressa turpis in toro lasciviente mœ-  
pro-

**Protopop.** & Λόγιον ad Serpentem. Gen. 3, 14-15.

Ad ejusdem Carmen 21.

**O**Dæmon, sator omnium malorū,  
Mendaci Pater, & latro latronum,  
Quot sunt, quotq; aliis erunt in annis!  
Deceptare meos avōs homullos  
Vafrē. Falsa etenim jocis remiscens  
Hæres ad latus, omnia experiris.  
Frustrā. Nam insidias mihi instruenti  
Conculcabo tuum caput potentēr.  
Sed si me modō perderes, tacerem.  
Nunc ipsum id doleo, qvod universam  
Homullūm satagis vorare gentem.  
**Q**uare define, dum tibi licebit.  
Ne pedi insidias struens neceris.

**In Dæmonem** πλύνεσθαι.

Ad ejusdem carmen 22.

**H**ic Lucifer, Princeps chori Alitum  
quondam  
Est spiritus vafer, superbus, & mendax.  
Idēq; Christiobambular gregem, ceu sur.  
Centena millia credo ei esse tecbnarum  
Aut plura. Nec tecbnas, dolosve vulgares,  
Lit moris est. deli novi, novae tecbnie,

**Nova infidia, pedes adunca, adunca ora,  
Oculi ignei, ore trifusa promiens lin-**  
*gua.*

**Hunc dum vides, tunc ille Lucifer, Daemon  
Trux periculorum, nemini nocens anguin  
Apparet. Hic tantum dolich studet vafrus.  
Hoc quid putemus esse? qui angelus nuper,  
Aut si quid hoc beatius videbatur,  
Idem Dracone fædior cluit fædus.  
Simul fideles decipit; neque idem unquam  
Acque est beatum, atque cum pio tentat.  
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.  
Nimirum hic omnes decipit. Nec est quin**  
*quam*

**In orbe, cui non hic Tenebris nocte at  
Dolos, In acta nostra sedulò inquirit  
Veterator, astu ut singulos vafer ludas,**

### **Verba Empæctarum**

**Sap. 2, 6. seqq.**

**Ad ejusd. carmen s.**

**V**ivamus genialiter sodales,  
Sermonesque senum severiorum  
Omnes unius, estimemus assis!  
*Soles*

Soles occidere & redire possunt,  
Nobis cum semel occidit brevis lux,  
Nox est perpetuò una dormienda.  
Ad sint fercula mille & non lacchi  
Desient cyathi meracioris  
Laureæ decorent cornas coronæ!  
Unguento niteant capilli in undi!  
Plausu & latititia freemamus omnes,  
Ne vestigia quem latere possint  
Facto haur pectore gaudii profecti!

**Ad Christum pro Eversione  
hostium, Ad ejusd. Car. 15.**

**C**ommendo tibi me meosq; Christi,  
Commissi veniam qeto nefandi,  
Ut si unquam reparare damna gentium  
Humanæ subiit libido mentem  
Nos serves Satana & dolù maligni.  
Nec saltum Satanae dolys veremur,  
Umbris qui atberiis modò hic modò illuc  
Capturus gregem & ambulat piorum;  
Verum & Ausonii minas Tyranni,  
Infestii igne piis rotâ, ense, lymphâ.  
Hunc dextrâ, ur potis es, potente sterne,  
*et leod* Moliri

Moliri infidias piis paratum.  
Nec Turcam excipo, cui verendi  
Hostem nominis. At scelus malignum  
Si injustos te adigit, Jehova, paenas  
Ut nos verberibus notes cruentis  
Voce te rogo supplici, popello  
Te præbe placidum tuo, redempto  
Sanctis sanguine stigmatis fluente.

### In Papam, Ad Car. 106.

Conatur rurilo Papa auro vendere cœ-  
lum,

Non mirum, coelo Papa qvod ipsus  
eget.

Hac ex ELIA SCHEDII, Filii mei p.m.  
P. L. C. tirocmus, anno etatis  
duodecimo editis.



Errata,  
Amice Lector ita corrigere.

Lege

Lactentium A. 2. a. lin. 13.

Proposita A. 4. a. lin. 21.

Transigi ibid. lin. 22.

Semet A. 4. b. lin. 5.

Inter A. 6. b. lin. 4.

Forensium cum primis B. 3. b. lin. 4.

recludit B. 5. a. lin. 9.

Apud te B. 5. b. lin. 18.

inventum B. 6. b. lin. 14.

& nisi B. 7. b. lin. 16.

parcant B. 11. a. lin. 5.

parcat Ibid. lin. 12.

procârant C. 1. b. lin. 2.

cogitas? peccas C. 3. b. lin. 12.

infons C. 4. a. lin. 22.

crede Ibid. b. lin. 11.

undiq; C. 7. b. lin. 3.

benefaciendo C. 10. b. lin. 8.

expunge unum mea C. 12. b. lin. 4.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn728904500/phys\\_0098](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728904500/phys_0098)

DFG













Voceqvæ Jove mem  
con

A*l*

Ad Oden VI. lib  
minu

Ad Sulamitham  
Perio

Depredicanda Re  
Castella non mu

pe  
Magnas; sed ob p  
rum op

S

Ullamitha & lecto  
Et soporem docta  
Anxias & qvæ pia sa  
Pet

Saxea tecum, mea lu  
Sint meae sedes utinae  
Sit modus tandem ge

Pec  
Eata fin verò prohibe  
Euge odoratus repet




Image Engineering Scan Reference Chart TEG63 Serial No. \_\_\_\_\_